PHAEDRVS, PVBLIVS ET CATO.

PHAEDRI
AVGVSTI LIBERTI
FABVLAE AESOPIAE

PVBLII SYRI
SENTENTIAE

DIONYSII CATONIS
DISTICHA DE MORIBVS

CVRANTE

IOANNE PETRO MILLERO



BEROLINI, 1753.

SVMTIBVS A. HAVDE ET I. C. SPENERI
Bibliop. Reg. et Acad. Scient. priuil.

SOCIETATIS LATINAE

QVAE ATHENIS PROPTER SALAM FLORET

PRAESIDI

ILLVSTRISSIMO COMITI

AC DOMINO

DOMINO

HENRICO XXVI. RVTHENO

COMITI AC DOMINO PLAVIAE

DOMINO GRAECII CRANNICHFELDAE

GERAE SCHLAEZAE AC

LOBENSTEINII

RELIQVA

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

NEC NON
EIVSDEM CELEBRATISSIMAE SOCIETATIS
DIRECTORI
VIRO EXCELLENTISSIMO ET AMPLISSIMO
DOMINO
IO. ERN. IMMAN. WALCHIO
PHIL. D. AC PROFESSORI PVBLICO
IN ACADEMIA IENENSI

ITEMQVE
EPHORO
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMOQVE
DOMINO
CHRISTIANO GVIL. FRANC.
WALCHIO
PHIL. D. ET IN EAD. ACAD. P. P.
COLLEGISQVE CAETERIS
IMAGINVM SPLENDORE
MVNERVM QVAE GERVNT AMPLITVDINE
DOCTRINAE EXCELLENTIA
AC
MERITORVM MVLTITVDINE
SVMME ET EGREGIE CONSPICVIS
OPELLAM HANC
OBSEQVI ET HONORIS CAVSSA
D. D. D.

IOANNES PETRVS MILLERVS

Omnino quidem nemo omnium a ſemet ipſo oritur in terris, neque, conditus a DEO, *ſponte ad auctoris ſui voluntatem ita ſe adcommodat, vt dignitas naturae iam ex ipſis vitae actionibus factisque eluceret. Ineſt enimuero in cuiusuis mente labes quaedam, quae nos ortus noſtri memores non eſſe ſinit, efficitque ſimul, vt non raro peſſime vtamur ratione noſtra, cuius ope tamen omne et officium, et ſenſum vitae, dimetiri decet, niſi fundamenta omnia felicitatis noſtrae ipſi etiam euertere velimus. Et quum omnes ita comparati ſimus, perſpici, opinor, poteſt, quantum noxae iſthaec vitioſitas naturae pariat, ſi cum aetate ſe corroborans vim ſuam exercuerit, ac perturbationum impetu ſubinde altius commota, ſuis quam vaniſſimis opinionibus, ſuisque libidinibus, tueri ſeſe geſtiat, tandemque, ſibi ipſa grauis, veri atque boni nomen vix admittat,*

 nedum

nedum eiuscemodi capeſſat curas, quibus honor conditoris illuſtrari poſſet. Scilicet haec damna noſtra, hoc exitium, auertere a nobis ingens illa DEI *bonitas intendit, quum hic ortum atque cauſſas tanti mali, illic vero omnia remedia monſtraret, quibus ab inſanitate iſta, quam differre nihil ab inſipientia putauit Cicero, vtcumque liberari, atque nouis quaſi viribus ad iuſta rerum pretia perſpicienda inſtrui queamus. Itaque nos eo quidem nomine feliciores, quod diuinae inſtitutionis beneficio gaudemus, facile nunc iuſti honeſtique rationes explicamus: ſed qui, ſpreto veriori Numine, diuinitatis falſa ſimulacra coluere, poenas ea etiam in re luctuoſiſſimi erroris ſui tantum non perpetuo dederunt. Etenim quis rerum vetuſtarum adeo ignarus eſt, quin ſciat, ſaecula fuiſſe, quibus ſane quam pauciſſimi ab iſta capitali ac horrenda peſte ſibimet cauerunt? At ſi eo vsque rerum omnium diſcrimen tollitur, vt peſſima cum optimis per ſummam vel temeritatem, vel improbitatem, miſceantur, populusque vniuerſus in his corruptelis ſuis libens adquieſcat: conſequens profecto erit, vt ſocietatis fructus, qui haud forte praeter rem vberrimi laetiſſimique ſpectabantur,*

veluti

veluti excisa stirpe, emarcescant. Et haec procul dubio fuerunt, quibus aliquando vnus atque alter, suis ipse commodis vitaeque timens, sed potissimum necessitate publica commonitus, medelam facere decreuit, si non in commune semper profuturam, at in singulis, qui nondum bonam eiurasse mentem viderentur, sapientiae igniculos excitaturam; quae, quum primum gradibus naturae fortius insistens sua se virtute confirmauerit, in aliis similiter pertentet robur suum, iterumque alios, in ordinem redactos, ad officium redire cogat. Sophos illos hic adpello, VIRI SAPIENTISSIMI, *qui, vt ipsi pulchre nostis, eo tempore, quum doctrinae fontes nondum in tot riuulos deducti essent, soli sapientes, et quod carmine in scitis suis diuulgandis vtebantur, etiam poetae visi sunt. Illi ergo, quoniam nec ipsi satis in sublimiora penetrabant, de diuino Numine vix dignum atque consentaneum quid; de humanis autem rebus, et, quemadmodum haec vita paullo melius sit instruenda, vtique non pauca bene ac vtiliter commenti sunt. Commenti vero? ita autumo, et fidem fieri adsertioni posse reor. Nam si eum maxime poetam omnes dicunt, qui non, vt philosophi sueuerunt, simplici oratione, ac sub-*

tilitati congruente, ſapientiae praecepta tradit, ſed ingenioſius, quam verius, reperta quaſi imaginibus exornat, vt, ſimilitudine perſpecta tandem, error, qui offundi videbatur, audientem eo ſuauius delectet, idque ipſum, cuius cauſſa falſum fuerat admiſtum, eo altius in mente haereat: quidni vetuſtiſſimos poetas artis huius per commenta inſtruendi inuentores, atque hinc poetas quoque adpellatos eſſe arbitremur? Ita vero tantum abeſt, vt imperatorem, qui turpiſſimi mendacii amore nuntium diuinae veritati miſit, verum perſpexiſſe cenſeamus, quando fabulas vel a plebecula inuentas, vel in paruulorum gratiam excogitatas eſſe ſuſpicatur; vt easdem illas multo potius doctrinae, ad regendos atque emendandos mores comparatae, prima omnium ſpecimina putemus. Nempe vt cuiusque rei rudimenta leuiora eſſe ſolent: ſic in morum quoque diſciplina idem fieri neceſſe erat, non ſolum, quod mali cauſſae paullulum retruſiores erant, ſed cumprimis etiam, quod anteceptae mentibus opiniones, cum illecebris nefariis coniunctae, non ferebant, vt exactius damnoſa quaeque excuti, ac meliora commonſtrari potuiſſent. Igitur per gradus veluti vetuſtiores illi ad hanc metam, in ſublimi poſi-

positam, contendere coeperunt, satis, quin abunde suo munere functuri, si ad legem illam naturalem, qua, compresso maleficio, ius aequabiliter in omnes atque singulos descriptum redditur, qua cuiuslibet fortunae ac possessiones saluae adseruntur, et qua vitae hic cum aliis degendae dignitas tranquillitasque conseruatur, homines componere res atque actiones suas docuissent. Caeterum si, qua aetate, et quo loco, primum iacta tantae rei fundamenta fuerint, vix atque ne vix quidem definire ausim; illud tamen mihi videor videre, talia tum fere agitasse ac tentasse viros, quum ferino ritu multi vitam degerent, et rei publicae constituendae ratio adhuc incerta, id est, minime exculta, inter populos ferretur. Atque vt sic iudicem, vel ipsa fabellarum antiquissimarum forma suadet, vtpote in quibus asperum et inamoenum illud, quod offendere interdum mentes, consuetudine erroris atque vitiorum efferatas, potuisset, eo paene modo, quo et

- - pueris absinthia tetra Medentes
Quum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore:

variis figuris obtegunt aliquamdiu, atque demum, vbi

vbi animos ad audiendum probe viderint adlectos, monita seueriora vibrant. Addere licebit, quod, quum Israelis posteri iudicibus a DEO *excitatis auscultarent, ea res non recens visa, nec ab iis tantum, qui prae aliis vocari sapientes voluere, sed a quouis homine sagaciore vsurpata est. Testis mihi est Iothamus, Gideonis filius, qui de Sichemitis et Abimelecho conquerens apologum haud inuenustum de arboribus, in rege deligendo infeliciter errantibus proponit, et, hoc recitato, suis atque domus suae hostibus diuini Numinis vindictam comminatur. Iam, si calculos non male ponunt, qui Amphiona et Orpheum his ipsis Ebraeorum iudicum temporibus vixisse arbitrantur, facili negotio efficiemus, Graecos fabularum huius generis non posse inuentores adpellari. Et quum eo deuenerimus, vt, quot, quibusue modis illa gens ingenium in hisce rebus exercuerit, delineemus, diuidiae haud fore credam, si quod verbum, Ebraeorum caussa, hic interseruero. Nimirum hosce vellicandi ansam capere fortassis ii possent, qui perpetuo cum Graecis loqui consultissimum existimant, obliti, multa esse, quae a Graecis paullo diligentius exculta forte comprobari mereantur, sed ab aliis haud male*

tamen

tamen prisco nomine insigniantur. Itaque Ebraeis etiam propterea, quod prius in hoc studiorum genere elaborarunt, eamdemque rem subinde pluribus dicendi formis expresserunt, integrum ius esse debuit, siue nomina apologorum, et parabolarum, et paroemiarum, et similitudinum, a Graecis interiecto tempore suppeditata, vsurpare, et significatu inter se discriminare vellent, siue minus. Quamquam haec non eo accipi peruelim, vt confusioni alioqui fugiendae patrocinium paretur; sed ne quis inscitiae insimulet τὲς *LXX. illos, qui non imprudenter, vt opinor,* Mischle, *vel sententias morales illas Salomonis* paroemias *inscripserunt; etiamsi illas antea (*1. *Reg. IV.* 32.*) parabolarum nomine complexi erant: aut, ne euangelicae historiae scriptores de diuersis commentari rebus videantur, quum Ioannes paroemias dicat, quas tres reliqui parabolas vocare maluerunt. Ita illi rhetorum Graecorum sanctiones insuper habendas crediderunt. Sed qui Graecae disciplinae animum aduertunt, discrimen in his singulis dicendi formis deprehendunt; quod et adcuratius tenendum esse docent, eo quod pars oratori plusculum inseruiat, pars autem tota fere poetarum propria existimari possit. Atque iis*

adeo,

adeo, vt par est, discernendis, operam dedisse plures video, non Graecos tantum, sed Romanos quoque; etiamsi confitendum sit, eosdem illos vel diuersam aliquando inter se sententiam fouisse, vel non semper clare satis mentem suam explicare voluisse. Vtvt vero erit, Aristotelem in eo facile probamus, quod principia et rationes faciendae fidei exquirens inter alia exemplum *duplicis, vt ait, generis commendat, quorum alterum ab ipsa veritate sumitur, alterum perinde, quasi res fuisset gesta, opportune fingitur, hoc quidem fine, vt similitudine proposita auditor, sensu aliquanto plus quam ratione pollens, ad adsentiendum hoc facilius commoueatur. Et huc ille, tamquam binas species, collationem seu parabolam, et fabulas Aesopias, itemque Libycas, diserte refert. Neque multum a philosophi sententia abludere videntur, qui similitudinem dispescunt ipsam in imaginem, parabolamque; ac priorem quidem illam simplicem similitudinem, posteriorem vero ex duabus partibus, id est, ex propositione et redditione aliqua compositam, vocari posse autumant: tametsi Stagirita noster hanc imaginem in genere translationum comprehendat. Mittere iam alios licebit Graecos, qui dicendi leges*

scribere

ſcribere adgreſſi ſunt, ne forte diſputatiunculas ſubtiliores ac minutas conſectari videamur: quum praeſertim Ciceronem quoque, in partitionibus, quas vocat, oratoriis ad haecce talia delatum, parum penſi huiuscemodi praecepta habuiſſe conſpicemur. Fabium Quinctilianum vero praetermittere propterea non plane poſſum, quoniam quae alii in monimentis ſparſim ediderunt, quaſi congregata ſiſtit, et adductius de vnoquoque exemplorum genere exponit. Ille igitur in fabulis poeticis, Aeſopi nomine iam vulgo celebratis, primo quidem vim ad animos imperitorum atque rudium ducendos non exiguam ineſſe iudicat: deinde vero ſubiicit, easdem eſſe fabulas, quas Graeci αἶνους, *et nonnemo Latinorum, nomine in vſum non recepto, apologationes dixerit. His apologis (quoniam Plautino atque Ciceroniano verbo vtimur libentius) confinem eſſe ait paroemiam, vtpote fabellam breuiorem, cum translatione debita accipiendam. Proximas exemplo vires autem ei maxime ſimilitudini adiudicat, quae citra aliquam translationem ex rebus paene paribus ſcienter ducitur; quo ipſo illam quoque a parabola, quam Cicero collationem vocat, commode diſcernit, quippe cuius eam eſſe indolem oſtendit, vt*

res

res comparatas paullo longius, et aliquando ab inanimis mutisque repetat. Habetis ergo, VIRI QVALIBET DOCTRINA INSTRVCTISSIMI, *quam male in argutiis, quae dictionem ornant, aut ad fidem faciendam adhibentur, adpellandis inter ſeſe conſpirauerint antiquiores: quamquam inter ea certum eſt, diſſenſionem iſtam manifeſtiorem fore, ſi qua plures ad ſententiam dicendam aduocare in praeſenti volupe fuiſſet. Sed quum ſuo quisque ſenſu per nos facile abundet, quidni etiam expromere liceret, quod non heri demum coepimus ſentire, idque quum exempla ſanctioribus in libris comprehenſa inter ſeſe paullo ſtudioſius contenderemus? Ac tum ſane veri nominis apologum dixiſſe Iotham videbatur, fabulam proponens, atque reddens illico, ne Sichemita animi penderet, argumenti rationem. (Iud. IX.)* Αἶνον *vero Nathan ad Dauidem refert, inuolucro obtegens quodammodo rem, animum deinceps ſubituram, ac vel plane non, vel demum abſoluta dicti meditatione, explicandam. (2. Sam. XII.) Paroemiae, quarum nomine orationem vſu tritam, ac breuiſſima adluſione plus, quam verbis declaratur, innuentem comprehendo, in ſententiis Salomoneis numero complures exſtant, veluti*

uti exempla C. I. 17. IX. 17. XIV. 4. et alia diuerſa, edocent. Parabolarum vero, quibus res cum re per iuſtas propoſitiones ex ſimilitudine confertur; et imaginum, quae corporum aut naturarum aliquam ſimilitudinem vnius voculae, quae comparationi ſeruit, beneficio demonſtrant, tot lectiſſima ſpecimina in vtriusque codicis diuini tabulis deprehenduntur, vt enumerandis illis non ſufficiamus. Sed quorſum haec tam multa? Nempe vt in luce hominum intelligentium profiteremur, nihil tam praeclare a rhetoribus vel Graecis, vel Romanis, ad orationis variationem, vim, et elegantiam quocunque modo ſpectans praecipi ſolere, quod in ſacris voluminibus eximie perfectum haud inueniretur. Caeterum vt optima ac perfectiſſima in illis omnia veriſſime dicantur: ea tamen ratio non vsque eo valet, vt ſcriptores alios e manibus adoleſcentium excutiendos eſſe putaremus; ſi praeſertim linguae etiam Latinae, cuius elegantiis haud quisquam, niſi valde inuenuſtus atque inamoenus, dicam ſcripſerit, facultas recte ſimul conſeruanda videatur. Et hoc quidem fine optimos ſcriptores quosdam veteris quummaxime florentis Latii, qua fide, quaque diligentia id fieri a nobis poterat, recognitos ac recenſitos adhuc dedimus; his item

rationibus innixi PHAEDRVM *quoque nunc, et* PVBLIVM, *et* DIONYSIVM CATONEM *exhibemus, ſacros quidem illos* TIBI, COMES ILLVSTRISSIME, VOBISque, *litterarum omnium bonarum atque liberalium excellentiſſimi Doctores,* VESTRO *iure atque merito futuros, niſi ad baec parua reſpexiſſe infra dignitatem* VESTRAM *videatur. Sed qui bominis munuſculum contemnere poſſetis, quem baud ita pridem, nulla re promeritum, et tale quid ſperare antea non auſum,* VESTRAE *inclitae ſocietati, pro diuitiis Latinae linguae excubanti, adiunxiſtis, quique grati animi baud alia re magis poterit teſtificari ſenſum? Itaque benigni fetum bunc excipite. Ego vero, ſi ad exornanda litterarum ſtudia, artesque, tantum baud conferre poſſim, quantum ipſe velim, ac decere etiam ſodalem* VESTRVM *videatur; pietate tamen, atque votis pro ſalute* VESTRA *nuncupatis, faciam profecto, vt* VOS *non poeniteat, bonori meo tam prolixe et eximie fauiſſe. Scribeb. Vlmae, Id. Septembr. A.R.S.* CIƆIƆCCLIII.

L. S.

L. S.

Poſt longiorem aliam praefationem, quam TE inſuper non eſſe habiturum reor, paucula ſunt, lector, quibus TE ſub operis ingreſſum velim. Neque tamen adeo ſermoni parcam, vt, quae noſſe TVA refert, ſaltim tribus verbis non commemorem. PHAEDRVM atque vna alios hic TIBI ſiſtimus, et illum quidem, vt mox TAN. FABER copioſius docebit, inter Thracas genitum; ſed qui ingeniis Romanis ſe adnumerari velle in epilogo ſecundi libri profitetur. Ac de ipſis quidem fabulis nil diſputare libet; ſed de tempore, quo illas ſingulas conſcripſit, emiſitque, FABRO adſentiri nolim, poſteaquam celeberrimus H. CANNEGIETERVS, ea diſſertatione, qua ad AVIANVM attinentia illuſtrat, omnia diuerſa non infitiandis rationibus probaſſe viſus eſt. Nimirum tempore Auguſti PHAEDRVS ille noſter vixit, et vixiſſe etiam credendus eſt Tiberii aetate, quoniam Seiani mentionem iniicit, quod quidem nomen antehac vix a ſcriptore quodam vſurpatum eſſe opinamur: at hoc imperante diuulgaſſe noſtrum ſua carmina non credet, qui Tiberiani temporis pericula cum iis, quae licentius nonnumquam hiſce fabulis adſperſa ſunt, exactius contendere adgrediatur. Neque ad Caligulae aetatem ideo referri iſta ſcriptio debebit, quum profecto Claudii temporibus haec omnia haud paullo melius conueniant. Hoc enim principe liberti atque libertini imperare dicebantur, cuius etiam conditionis Eutychi, Phileti, ac Particulones illi ſine dubio fuerunt, quos amicos ſuos minime inhonoratos noſter laudat. Ac ſi pungat forte, quod Seiano tamen in hac ſcena locus minime concedi queat; ecquid impedit, quo minus eo nomine potentiorem quemdam, non abſimilem Seiano, deſignari putes: ſicuti in fabula maligna iſta, de tigillo rege, ipſum-

met imperatorem derideri, proxime ad veri speciem accedit. Ad haec ipse etiam, se senem scribere, plus vice simplici testatus est, eoque vitam ad Neronem vsque produxisse potuit, si viginti et sex circiter non excessisse annos videatur, quum ad pileum a Caesare Octauiano vocaretur. Plura non adiiciemus, ne de curis quidem illis, quas post multos alios laudatos viros, et praecipue P. BVRMANNVM, cui Musae semper plurimum debebunt, in scriptorem hunc suauissimum impendimus. Secundus, quem hic cernis, PVBLIVS est, natione Syrus, cuius mimos, vel sententias grauissimas, post liberales iocos et fabellas, iuuentuti semper fere commendarunt, quotquot vtile miscere dulci consueuerunt. Eas vero PVBLII solius nomine in fronte libri inscribendas autumauimus; tametsi nescii non simus, esse etiam in iis, quae auctores alios agnoscant, qua de re IANVS GRVTERVS ille, quem non male inter saeculi superioris ornamenta referas, easdem aequo veluti et pari iure L. ANNAEO SENECAE et PVBLIO SYRO tribuendas iudicauit. Sed quid attinet hos duos nominare, si hoc nihilominus addendum videatur, *forsan alios* similiter thesauro huic aliquid de suo adiecisse? Et interpolata olim esse illa carmina haud ita difficulter credam, siquidem hoc verbo nihil aliud intelligatur, quam ex forma veteri in nouam aliquid mutare, ac scienter interponere. Hinc autem, nisi omnia me fallunt, bini aliquando versus, inter sese quam simillimi, ac leuiter tantummodo mutati, hic leguntur, quorum SYRVS vel alterutrum tantummodo composuit, vel nullum. Sed exempla quaeris; itaque hoc inspice:

v. 215. *Felicitas infelici innocentia est.*
et v. 300. *Infelici innocentia est felicitas.*

Adde aliud:

v. 263. *Heu quam miser est, qui in tormento vocem haud habet!*
et v. 799. *Heu dolor quam miser est, qui in tormentis vocem non habet!*

Adeone autem paupere existimas ingenio fuisse, qui in ludis Caesaris cum celeberrimis mimographis pro tempore contendit, atque

atque omnes ſuperauit, vt eosdem verſus in tam tenui libello iterare opus habuiſſet? Et quid illa?

v. 286. *Ignoſcere hominum eſt, vbi pudet, cui ignoſcitur.*
et v. 287. *Ignoſcere hominum eſt, niſi pudet, cui ignoſcitur.*

quocirca ſane nihil video, niſi hoc poſtremum, *niſi*, primum a librario, ſcripturae veteris haud ſatis gnaro, lepide ex *vbi*, quod in praecedente verſu legitur, exſculptum, et hinc noua aliqua ſententia conficta eſt. Idem forte accidit in verſibus 164. et 165. quos, ſi videatur, ipſemet contendas. Anne vero etiam hos eſſe PVBLII putemus?

v. 437. *Multos timere debet, quem multi timent.*
et v. 441. *Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.*

etiamſi diſertiſſime MACROBIVS *Saturn.* II. 7. teſtetur, Laberium, inducto SYRI habitu, in ſcena hunc poſteriorem verſum recitaſſe, ſed dicacitate iſta effeciſſe, vt offenſus Caeſar in hunc noſtrum Publium exinde verteret fauorem. Vnum ſupereſt dicendum, ne me ipſum forte Publiana carmina interpolaſſe ſuſpiceris; quum editionem S. HAVERCAMPI et A. PREYGERI Lugdunenſem verſus DCCCLII. tantum, noſtram vero DCCCLX. exhibere obſeruaueris. Verum bene habet: male enim illi numerarunt tantum; nos haud quidquam, praeter *indicem verborum*, quo adhuc carebat ille, PVBLIO addendum iudicauimus. Sequitur, vt de CATONE aliquid ſubiiciamus, neque Vticenſi tamen illo, verum multo iuniore: quamquam ille etiam non ita nouus aeſtimari debet, vt ſuperiore ſaeculo M. ZVERIVS BOXHORNIVS, vir alioqui minime indoctus, ſed tum hercule dormitans ſomniauit. Quodſi vero hanc audaciam iſtius V. C. AVG. BVCHNERVS, noſtras, *oration. academ.* P. III. or. VI. erudite dudum confutauit, et in Batauis haud ita pridem ille ſuo merito iam antea laudatus CANNEGIETERVS in *Reſcriptis Boxhornio*, ſic tandem fregit contuditque, vt nil ſuperaddi poſſe aut debere videatur; ego quidem hos duumuiros audiri malim, quam me ipſum. Interim haec pauca mentibus inſigent literarum cupidi adoleſcentes, DIONYSIVM CATONEM omnes ad-

 pellare

pellare nostrum, quotquot ante Carolum Imperatorem, quem plerumque Magnum vocant, de his distichis loquuntur; deinde scriptas esse has sententias ante Constantinum M. siquidem in istis ea morum publicorum atque rituum vestigia deprehenduntur, qui profecto imperante Constantino esse desierunt; tum, haud pauca in his libris aliena reperiri, multa etiam vexata ficta, et reficta, sed praecipue praefationes ab ineptis monachis adiectas esse; quare inficetos ac illepidos errores inibi commissos, veluti quum bella Punica noscenda suadet ex Lucano, sine aliqua iniuria CATONI nemo imputauerit. Habes ergo fata et conditionem libri, qui, quum nihilominus perutilis censeri queat, dignus videbatur, quem ad meliores codices expressum, atque nostro *indice* instructum iuuentuti denuo in manus traderemus. Ita vale, ac fauere nobis perge.

Scribeb. Vlmae, a. d. XVIII. Kal. Octobr. A. S. CIƆIƆCCLIII.

PHAEDRI

PHAEDRI FABVLAE.

TANAQVILLVS FABER
IN
PRAEFATIONE PHAEDRI FABVLIS
PRAEMISSA.

Si, quae olim a Suetonio Tranquillo de poëtis, philologis, ac grammaticis Latinis conſcripta fuerant, ea ad nos integra perueniſſent, Phaedrum melius noſſemus; neque enim credibile ſit, praetermiſſum eum a Suetonio fuiſſe, qui tanta diligentia veterum illorum vitam perquiſierat, et ad poſteros, niſi inuidiſſet malum literarum fatum, transmiſerat. Phaedri quidem Val. Martialis meminit, ſed duntaxat meminit. Neque plura nos docuit Avienus, qui ſub Theodoſio floruit. Quamobrem ſibi ipſe *facem luceat* Phaedrus, ſuae ſibi vitae ſcriptor ſit et teſtis neceſſe eſt. Vt igitur a patria incipiamus, Thrax fuit; quod hominum genus primis temporibus et ſcientiarum artiumque cognitione, et morum ſeuera diſciplina cultum fuit, vel propter colonias in oram maritimam a Phoenicibus deductas, vel quod olim, vt facile probare poſſum (quamquam id paucis cognitum) *ὅμοροι* Athenienſibus fuerunt, et poſt in eam regionem receſſerunt, quae ab iis Thracia dicta eſt, ſupra Macedoniam, (huius rei teſtis locuples eſt Iſocrates:) vel denique ob alias cauſſas, quas ego diuinatione non poſſum adſequi. Sed, vt ſunt humana, lapſu temporis tanta illos barbaries foedauit, vt, Thucydide teſte, nil crudelius, nil magis caedibus gaudens fuerit. Inde igitur domo fuit Phaedrus, neque illi ad praeclararum artium cognitionem contendenti obfuit *ἄγριον* illud patriae *ἦθος*, vt nec Anacharſidi Scytharum feritas, aut Bioni inhumanitas Boriſthenitarum, quos hodie Coſakas vocant. En tibi quod de ſe ſcribit:

Ego, literatae qui ſum propior Graeciae,
Cur ſomno inerti differam patriae decus?

PRAEFATIO

Threïssa cum gens numeret auctores suos
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo?

Conditione seruus fuit, (quod ei cum Terentio multisque aliis praestantibus ingeniis commune est;) sed quo casu factum sit, vt Romae in domo Augusta seruierit, tam equidem scio, quam qui omnium minime. Postea ob elegantiam ingenii, morumque cultum manumissus est, vnde in librorum MSS. titulo dicitur. AVG. LIBERT. Vixit sub Octauiano Caesare, ac sub Tiberio, sub quo et scripsit, fortasse ante adflictum Seianum, in quem haud dubie inuehitur in antelogio lib. III. Potuit et ad Caii vsque tempora peruenisse. In literis autem iam vsque a prima pueritia institutus est perquam diligentissime; quod et matura percoctaque eruditio, et linguae Latinae lenis illa et aequabilis puritas atque ingenuitas, vel me tacente, peruincant, apud eos saltem iudices, queis aures eruditae sint. Hinc est, quod de se alicubi magnifice fortasse, sed vere tamen, ausus dicere est:

Ego, quem Pieria mater enixa est iugo,
In quo Tonanti sancta Mnemosyne Ioui
Foecunda nouies Artium peperit chorum;
Quamuis in ipsa natus sim paene schola,
Curamque habendi penitus corde eraserim.

Libellos autem suos scripsit ad Particulonem, Philetum, et Eutychum, quos omnes arbitror pileata capita fuisse; certe nomina ipsa ciuium Romanorum non sunt. Calamitatem passus est grauissimam, vt frequentes de illa querelae satis probant: sed cuius ea generis fuerit, Oedipi est diuinare, non nostrum. Quaecumque illa tandem fuerit, eius in Seianum caussam confert: ita enim exponendi versus ii videntur, qui lib. III. occurrunt.

Quod si adcusator alius Seiano (id est alius a Seiano) *foret.*
Si testis alius, iudex alius denique,
Dignum faterer esse me tantis malis,
Nec his dolorem delenirem remediis.

Caeterum ita vim et genium fabellarum suarum nouerat, vt multam magnamque sui partem ad posteros pertinere existimauerit;

uerit; quae ſpes eum vsque adhuc fruſtrata non eſt, neque poſthac fruſtrabitur. Verſus ſunt lib. V.

Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium literis.

De dicendi autem genere ſi roges quid ſentiam, dicam equidem, et quaſi me Cenſor rogaret: EX ANIMI SENTENTIA; Neminem arbitror a felici illa Terentii ſimplicitate propius abeſſe:

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.
Τοίη οἱ χάρις ἀμφιπεριστρέφεται ἐπέεσσι.

Itaque adeo nec dubitauimus olim alterum cum altero comparare; ſic enim ludibundi ſcripſimus:

Parce Barbaras vocare, quas Hebrus terras lauit;
Barbaras vocare parce, Phaedrus en noſter vetat,
Tibris illum ſic amauit, pileato vt nemini,
Qua patet Romanus orbis, plus debere deieret,
Ni Libyſſa terra ſcenis protuliſſet Publium.

Nemo certe e veteribus ingenio fuiſſe videtur ad illam Terentii *ſemper lenitatem* magis facto, quam Phaedrus, quod et neceſſe fuerat; ea enim eſt Apologorum atque adeo fabellarum omnium natura, vt ſermone non debeant niſi facili, niſi molli, placidoque tractari. Quamobrem ſi quis erit, qui ſcripturam hanc fabularem pro leui et nugatoria contemnat; eum ego maximo opere oratum velim, principio vt meminerit, ſapientem (quod aiunt veteres critici et in iis praeſtantiſſimus magiſter) gaudere fabulis, dein reuocet in memoriam, quod in Phaedone dicit Socrates, οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοῦ Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα οἷς πρώτοις ἐνέτυχον: Reputetque apud ſeſe, num contemnendus videatur Phaedrus, qui ea Latine praeſtiterit, quae olim Graece tentauerat Socrates.

PHAEDRI FABVLARVM INSCRIPTIONES.

Prior numerus librum, alter fabulam notat.

Aeſopus ad Garrulum	III. 19.
Aeſopus ludens	III. 14.
Aeſopus et petulans	III. 5.
Aeſopus et ruſticus	III. 3.
Anus ad amphoram	III. 1.
Anus diligens virum aetatis mediae, item Puella	II. 2.
Apes et fuci, veſpa indice	III. 13.
Aquila, cornix, et teſtudo	II. 6.
Aquila, felis, et aper	II. 4.
Arbores in Deorum tutela	III. 17.
Aſinus ad ſenem paſtorem	I. 15.
Aſinus et Galli	III. 20.
Aſinus et leo venantes	I. 11.
Aſinus irridens aprum	I. 29.
Caeſar ad atrienſem	II. 5.
Caluus et muſca	V. 3.
Canes famelici	I. 20.
Canes et corcodilus	I. 25.
Canis ad agnum	III. 15.
Canis et lupus	III. 7.
Canis fidelis	I. 23.
Canis per fluuium carnem ferens	I. 4.
Canis parturiens	I. 19.
Canis et theſaurus, et vulturius	I. 27.
Canum legati ad Iouem	IV. 17.
Capellae et hirci	IV. 15.
Ceruus ad fontem	I. 12.
Ceruus et ouis	I. 16.

Ceruus

Ceruus et boues II. 8.
Cicada et noctua III. 16.
Demetrius et Menander V. 1.
Duo calui V. 6.
Equus et aper IV. 3.
Eunuchus ad improbum III. 11.
Ex futore Medicus I. 14.
Formica et musca IV. 23.
Frater et soror III. 8.
Fur aram compilans IV. 10.
Graculus superbus et pauo I. 3.
Gubernator et nautae IV. 16.
Homo et asinus V. 4.
Homo et canis II. 3.
Homo et colubra IV. 18.
Iuuencus, leo, et praedator II. 1.
Leo regnans IV. 12.
Leo senex, aper, taurus, et asinus I. 21.
Lupus et agnus I. 1.
Lupus et gruis I. 8.
Lupus et vulpis, iudice simio I. 10.
Malas esse diuitias IV. 11.
Miluus et columbae I. 31.
Mons parturiens IV. 22.
Muli et latrones II. 7.
Mulier parturiens I. 18.
Musca et mula III. 6.
Mustela et homo I. 22.
Dé mustela et muribus IV. 1.
Naufragium Simonidis IV. 21.
Occasio depicta V. 8.
Ouis, canis et lupus I. 17.

PHAEDRI FABVL. INSCRIPTIONES.

Panthera et paſtores	III. 2.
Paſſer et lepus	I. 9.
Pauo ad Iunonem	III. 18.
Phaedrus	IV. 20.
Poëta	IV. 4. IV. 6. IV. 25.
Poëta de credere et non credere	III. 10.
Princeps tibicen	V. 7.
Prometheus	IV. 14.
Pugna murium et muſtelarum	IV. 5.
Pullus ad margaritam	III. 12.
Rana rupta et bos	I. 24.
Ranae ad ſolem	I. 6.
Ranae metuentes taurorum praelia	I. 30.
Ranae regem petentes	I. 2.
Scurra et ruſticus	V. 5.
Simii caput	III. 4.
Simonides a diis ſeruatus	IV. 24.
Socrates ad amicos	III. 9.
Taurus et vitulus	V. 9.
Vacca et capella, ouis et leo	I. 5.
Venator et canis	V. 10.
Viatores et latro	V. 2.
Vipera et lima	IV. 7.
de Vitiis hominum	IV. 9.
Vulpis et aquila	I. 28.
Vulpis et ciconia	I. 26.
Vulpis et coruus	I. 13.
Vulpis et draco	IV. 19.
Vulpis et hircus	IV. 8.
Vulpis et vua	IV. 2.
Vulpis ad perſonam tragicam	I. 7.

PHAE-

PHAEDRI
AVGVSTI LIBERTI
FABVLARVM AESOPIARVM
LIBER PRIMVS.

PROLOGVS.

Aeſopus auctor quam materiam reperit,
Hanc ego poliui verſibus ſenariis.
Duplex libelli dos eſt: quod riſum mouet,
Et quod prudenti vitam conſilio monet.
Calumniari ſi quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum ferae;
Fictis iocari nos meminerit fabulis.

FABVLA I.
LVPVS ET AGNVS.

Ad riuum eundem Lupus et Agnus venerant,
Siti compulſi: ſuperior ſtabat Lupus,
Longeque inferior Agnus. Tunc fauce improba
Latro incitatus iurgii cauſſam intulit.
Cur, inquit, turbulentam feciſti mihi
Iſtam bibenti? Laniger contra timens,
Qui poſſum, quaeſo, facere, quod quereris, Lupe?
A te decurrit ad meos hauſtus liquor.
Repulſus ille veritatis viribus,
Ante hos ſex menſes male, ait, dixiſti mihi.
Reſpondit Agnus: equidem natus non eram.
Pater hercule tuus, inquit, maledixit mihi.
Atque ita correptum lacerat iniuſta nece.

Haec propter illos ſcripta eſt homines fabula,
Qui fictis cauſſis innocentes opprimunt.

FABVLA II.

RANAE REGEM PETENTES.

Athenae quum florerent aequis legibus:
Procax libertas ciuitatem miſcuit,
Frenumque ſoluit priſtinum licentia.
Hinc, conſpiratis factionum partibus,
Arcem tyrannus occupat Piſiſtratus.
Quum triſtem ſeruitutem flerent Attici,
Non quia crudelis ille, ſed quoniam graue
Omne inſuetis onus, et coepiſſent queri;
Aeſopus talem tum fabellam retulit.
Ranae, vagantes liberis paludibus,
Clamore magno regem petiere a Ioue,
Qui diſſolutos mores vi compeſceret.
Pater Deorum riſit, atque illis dedit
Paruum tigillum, miſſum quod ſubito vadi
Motu ſonoque terruit pauidum genus.
Hoc merſum limo quum iaceret diutius,
Forte vna tacite profert e ſtagno caput,
Et explorato rege cunctas euocat.
Illae, timore poſito, certatim adnatant.
Lignumque ſupra turba petulans inſilit:
Quod quum inquinaſſent omni contumelia,
Alium rogantes regem miſere ad Iouem,
Inutilis quoniam eſſet, qui fuerat datus.
Tum miſit illis hydrum, qui dente aſpero
Corripere coepit ſingulas. Fruſtra necem
Fugitant inertes: vocem praecludit metus.
Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iouem,
Adflictis vt ſuccurrat. Tunc contra Deus:
Quia noluiſtis veſtrum ferre, inquit, bonum,
Malum perferte. Vos quoque, o ciues, ait,
Hoc ſuſtinete, maius ne veniat malum.

FABVLA III.

GRACVLVS SVPERBVS ET PAVO.

Ne gloriari libeat alienis bonis,
Suoque potius habitu vitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani Graculus superbia,
Pennas, Pauoni quae deciderant, sustulit,
Seque exornauit: deinde contemnens suos
Formoso se pauonum immiscuit gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt aui,
Fugantque rostris. Male mulcatus Graculus
Redire maerens coepit ad proprium genus:
A quo repulsus tristem sustinuit notam.
Tum quidam ex illis, quos prius despexerat:
Contentus nostris si fuisses sedibus,
Et, quod natura dederat, voluisses pati:
Nec illam expertus esses contumeliam,
Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

FABVLA IV.

CANIS PER FLVVIVM CARNEM FERENS.

Amittit merito proprium, qui alienum adpetit.
Canis per flumen, carnem dum ferret, natans,
Lympharum in speculo vidit simulacrum suum:
Aliamque praedam ab alio ferri putans,
Eripere voluit; verum decepta auiditas
Et, quem tenebat ore, demisit cibum,
Nec, quem petebat, potuit adeo attingere.

FABVLA V.

VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO.

Nunquam est fidelis cum potente societas:
Testatur haec fabella propositum meum.

Vacca et Capella, et patiens Ouis iniuriae,
Socii fuere cum Leone in saltibus.
Hic quum cepissent ceruum vasti corporis,
Sic est locutus, partibus factis, Leo:
Ego primam tollo, nominor quia leo:
Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi:
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia:
Malo adficietur, si quis quartam tetigerit.
Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

FABVLA VI.

RANAE AD SOLEM.

Vicini Furis celebres vidit nuptias
Aesopus, et continuo narrare incipit:
Vxorem quondam Solem velle ducere,
Clamorem Ranae sustulere ad sidera.
Conuicio permotus quaerit Iupiter
Caussam querelae; quaedam tum stagni incola,
Nunc, inquit, omnes vnus exurit lacus,
Cogitque miseras arida sede emori:
Quidnam futurum est, si crearit liberos?

FABVLA VII.

VVLPIS AD PERSONAM TRAGICAM.

Personam tragicam forte Vulpis viderat:
O quanta species, inquit, cerebrum non habet!
Hoc illis dictum est, quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

FABVLA VIII.

LVPVS ET GRVIS.

Qui pretium meriti ab improbis desiderat,
Bis peccat; primum quoniam indignos adiuuat;
Impune abire deinde quia iam non potest.
Os deuoratum fauce quum haereret Lupi,

Magno

Magno dolore victus, coepit ſingulos
Inlicere pretio, vt illud extraherent malum.
Tandem perſuaſa eſt iureiurando Gruis,
Gulaeque credens colli longitudinem,
Periculoſam fecit medicinam Lupo.
Pro quo quum pactum flagitaret praemium:
Ingrata es, inquit, ore quae noſtro caput
Incolume abſtuleris, et mercedem poſtulas.

FABVLA IX.

PASSER ET LEPVS.

Sibi non cauere, et aliis conſilium dare,
Stultum eſſe, paucis oſtendamus verſibus.
Oppreſſum ab Aquila, fletus edentem graues,
Leporem obiurgabat Paſſer: vbi pernicitas
Nota, inquit, illa eſt? quid ita ceſſarunt pedes?
Dum loquitur, ipſum accipiter nec opinum rapit,
Queſtuque vano clamitantem interficit.
Lepus ſemianimus mortis in ſolatio:
Qui modo ſecurus noſtra irridebas mala,
Simili querela fata deploras tua.

FABVLA X.

LVPVS ET VVLPIS IVDICE SIMIO.

Quicunque turpi fraude ſemel innotuit,
Etiam ſi verum dicit, amittit fidem.
Hoc atteſtatur breuis Aeſopi fabula.
Lupus arguebat Vulpem furti crimine:
Negabat illa, ſe eſſe culpae proximam:
Tunc iudex inter illos ſedit ſimius.
Vterque cauſſam quum peroraſſent ſuam,
Dixiſſe fertur Simius ſententiam:
Tu non videris perdidiſſe, quod petis;
Te credo ſurripuiſſe, quod pulchre negas.

FABVLA XI.

ASINVS ET LEO VENANTES.

Virtutis expers, verbis iactans gloriam,
Ignotos fallit, notis est derisui.
Venari Asello comite quum vellet Leo,
Contexit illum frutice, et admonuit simul,
Vt insuëta voce terreret feras,
Fugientes ipse exciperet. Hic auritulus
Clamorem subito totis tollit viribus,
Nouoque turbat bestias miraculo.
Quae, dum pauentes exitus notos petunt,
Leonis adfliguntur horrendo impetu.
Qui postquam caede fessus est, Asinum euocat,
Iubetque vocem premere: tunc ille insolens,
Qualis videtur opera tibi vocis meae?
Insignis, inquit, sic, vt nisi nossem tuum
Animum genusque, simili fugissem metu.

FABVLA XII.

CERVVS AD FONTEM.

Laudatis vtiliora, quae contemseris,
Saepe inueniri, haec exserit narratio.
Ad fontem Ceruus, quum bibisset, restitit,
Et in liquore vidit effigiem suam.
Ibi dum ramosa mirans laudat cornua,
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat;
Venantum subito vocibus conterritus,
Per campum fugere coepit, et cursu leui
Canes elusit. Silua tum excepit ferum,
In qua retentis impeditus cornibus,
Lacerari coepit morsibus saeuis canum.
Tunc moriens vocem hanc edidisse dicitur:
O me infelicem, qui nunc demum intelligo,
Vtilia mihi quam fuerint, quae despexeram;
Et quae laudaram, quantum luctus habuerint.

FABV-

FABVLA XIII.

VVLPIS ET CORVVS.

Qui ſe laudari gaudent verbis ſubdolis,
Serae dant poenas turpes poenitentiae.
Quum de feneſtra Coruus raptum caſeum
Comeſſe vellet, celſa reſidens arbore;
Hunc vidit Vulpis, deinde ſic coepit loqui:
O qui tuarum, corue, pennarum eſt nitor!
Quantum decoris corpore et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille ſtultus, dum vult vocem oſtendere,
Amiſit ore caſeum, quem celeriter
Doloſa Vulpis auidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit Corui deceptus ſtupor.
Hac re probatur, ingenium quantum valet,
Virtute et ſemper praeualet ſapientia.

FABVLA XIV.

EX SVTORE MEDICVS.

Malus quum ſutor, inopia deperditus,
Medicinam ignoto facere coepiſſet loco,
Et venditaret falſo antidotum nomine,
Verboſis adquiſiuit ſibi famam ſtrophis.
Hic quum iaceret morbo confectus graui
Rex vrbis, eius experiendi gratia,
Scyphum popoſcit; fuſa dein ſimulans aqua
Antidoto miſcere illius ſe toxicum,
Hoc bibere iuſſit ipſum, poſito praemio.
Timore mortis ille tum confeſſus eſt,
Non artis vlla medicae ſe prudentia,
Verum ſtupore vulgi factum nobilem.
Rex, aduocata concione, haec addidit:
Quantae putatis eſſe vos dementiae,
Qui capita veſtra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commiſit pedes?

Hoc pertinere ad illos vere dixerim,
Quorum ſtultitia quaeſtus impudentiae eſt.

FABVLA XV.

ASINVS AD SENEM PASTOREM.

In principatu commutando ciuium
Nil praeter domini nomen mutant pauperes,
Id eſſe verum, parua haec fabella indicat.
Aſellum in prato timidus paſcebat Senex.
Is, hoſtium clamore ſubito territus,
Suadebat Aſino fugere, ne poſſent capi.
At ille lentus: quaeſo, num binas mihi
Clitellas impoſiturum victorem putas?
Senex negauit. Ergo quid refert mea,
Cui ſeruiam? clitellas dum portem meas.

FABVLA XVI.

CERVVS ET OVIS.

Fraudator nomen quum locat ſponſu improbo,
Non rem expedire, ſed mala videre expetit.
Ouem rogabat Ceruus modium tritici,
Lupo ſponſore. At illa praemetuens doli:
Rapere atque abire ſemper adſueuit lupus,
Tu de conſpectu fugere veloci impetu:
Vbi vos requiram, quum dies aduenerit?

FABVLA XVII.

OVIS, CANIS ET LVPVS.

Solent mendaces luere poenas malefici.
Calumniator ab Oue quum peteret Canis,
Quem commodaſſe panem ſe contenderet;
Lupus citatus teſtis, non vnum modo
Deberi, dixit, verum adfirmauit decem.
Ouis, damnata falſo teſtimonio,
Quod non debebat, ſoluit. Poſt paucos dies

Bidens iacentem in fouea proſpexit Lupum:
Haec, inquit, merces fraudis a ſuperis datur.

FABVLA XVIII.

MVLIER PARTVRIENS.

Nemo libenter recolit, qui laeſit, locum.
Inſtante partu, mulier, actis menſibus,
Humi iacebat, flebiles gemitus ciens.
Vir eſt hortatus, corpus lecto reciperet,
Onus maturum melius quo deponeret.
Minime, inquit, illo poſſe confido loco
Malum finiri, quo conceptum eſt initio.

FABVLA XIX.

CANIS PARTVRIENS.

Habent inſidias hominis blanditiae mali,
Quas vt vitemus, verſus ſubiecti monent.
Canis parturiens quum rogaſſet alteram,
Vt foetum in eius tugurio deponeret,
Facile impetrauit: dein repoſcenti locum
Preces admouit, tempus exorans breue,
Dum firmiores poſſet catulos ducere.
Hoc quoque conſumto, flagitare validius
Cubile coepit. Si mihi et turbae meae
Par, inquit, eſſe potueris, cedam loco.

FABVLA XX.

CANES FAMELICI.

Stultum conſilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales deuocat.
Corium depreſſum in fluuio viderunt Canes,
Id vt comeſſe extractum poſſent facilius,
Aquam coepere ebibere: ſed rupti prius
Periere, quam quod petierant, contingerent.

FABVLA XXI.

LEO SENEX, APER, TAVRVS ET ASINVS.

Quicunque amisit dignitatem pristinam,
Ignauis etiam iocus est in casu graui.
Defectus annis, et desertus viribus
Leo quum iaceret, spiritum extremum trahens,
Aper fulmineis ad eum venit dentibus,
Et vindicauit ictu veterem iniuriam:
Infestis Taurus mox confodit cornibus
Hostile corpus. Asinus vt vidit ferum
Impune laedi, calcibus frontem exterit.
At ille exspirans: fortes indigne tuli
Mihi insultare: te, naturae dedecus,
Quod ferre certe cogor, bis videor mori.

FABVLA XXII.

MVSTELA ET HOMO.

Mustela, ab homine prensa, quum instantem necem
Effugere vellet; quaeso parce, inquit, mihi,
Quae tibi molestis muribus purgo domum.
Respondit ille: faceres si caussa mea,
Gratum esset, et dedissem veniam supplici;
Nunc quia laboras, vt fruaris reliquiis,
Quas sunt rosuri, simul et ipsos deuores,
Noli imputare vanum beneficium mihi.
Atque ita locutus improbam leto dedit.
Hoc in se dictum debent illi agnoscere,
Quorum priuata seruit vtilitas sibi,
Et meritum inane iactant imprudentibus.

FABVLA XXIII.

CANIS FIDELIS.

Repente liberalis stultis gratus est;
Verum peritis irritos tendit dolos.

Noctur-

Nocturnus quum fur panem miſiſſet Cani,
Obiecto, tentans, an cibo poſſit capi:
Heus! ſi, inquit, linguam vis meam praecludere,
Ne latrem pro re domini, multum falleris.
Namque iſta ſubita me iubet benignitas
Vigilare, facias ne mea culpa lucrum.

FABVLA XXIV.

RANA RVPTA ET BOS.

Inops, potentem dum vult imitari, perit.
In prato quondam Rana conſpexit Bouem,
Et, tacta inuidia tantae magnitudinis,
Rugoſam inflauit pellem: tum natos ſuos
Interrogauit, an Boue eſſet latior?
Illi negarunt. Rurſus intendit cutem
Maiore niſu, et ſimili quaeſiuit modo,
Quis maior eſſet? Illi dixerunt Bouem.
Nouiſſime indignata, dum vult validius
Inflare ſeſe, rupto iacuit corpore.

FABVLA XXV.

CANIS ET CORCODILVS.

Conſilia qui dant praua cautis hominibus,
Et perdunt operam, et deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,
A Corcodilis ne rapiantur, traditum eſt.
Igitur quum currens bibere coepiſſet Canis,
Sic Corcodilus: quam libet, lambe otio,
Accede, pota leniter, et noli dolos,
Inquit, vereri. At ille: facerem mehercule,
Niſi eſſe ſcirem carnis te cupidum meae.

FABVLA XXVI.

VVLPIS ET CICONIA.

Nulli nocendum: ſi quis vero laeſerit,
Multandum ſimili iure, fabella admonet.

Vulpes

Vulpes ad coenam dicitur Ciconiam
Prior inuitaſſe, et illi in patena liquidam
Poſuiſſe ſorbitionem, quam nullo modo
Guſtare eſuriens potuerit Ciconia:
Quae Vulpem quum reuocaſſet, intrito cibo
Plenam lagonam poſuit: huic roſtrum inſerens
Satiatur ipſa, torquet conuiuam fame.
Quae quum lagonae fruſtra collum lamberet,
Peregrinam ſic locutam volucrem, accepimus:
Sua quiuque exempla debet aequo animo pati.

FABVLA XXVII.

CANIS, THESAVRVS, ET VVLTVRIVS.

Haec res auaris eſſe conueniens poteſt,
Et qui humiles nati dici locupletes ſtudent.
Humana effodiens oſſa Theſaurum Canis
Inuenit, et violarat quia Manes Deos,
Iniecta eſt illi diuitiarum cupiditas,
Poenas vt ſanctae religioni penderet.
Itaque aurum dum cuſtodit, oblitus cibi
Fame eſt conſumtus; quem ſtans Vulturius ſuper
Fertur locutus: o Canis, merito iaces,
Qui concupiſti ſubito regales opes,
Triuio conceptus, et educatus ſtercore.

FABVLA XXVIII.

VVLPIS ET AQVILA.

Quamuis ſublimes debent humiles metuere,
Vindicta docili quia patet ſolertiae.
Vulpinos catulos Aquila quondam ſuſtulit,
Nidoque poſuit pullis, eſcam vt carperent.
Hanc perſecuta mater orare incipit,
Ne tantum miſerae luctum importaret ſibi.
Contemſit illa, tuta quippe ipſo loco.
Vulpes ab ara rapuit ardentem facem,
Totamque flammis arborem circumdedit,

Hoſti

Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis.
Aquila vt periclo mortis eriperet ſuos,
Incolumes natos ſupplex Vulpi tradidit.

FABVLA XXIX.

ASINVS IRRIDENS APRVM.

Plerumque ſtulti riſum dum captant leuem,
Graui deſtringunt alios contumelia,
Et ſibi nocinum concitant periculum.
Aſellus Apro quum fuiſſet obuius,
Salue, inquit, frater. Ille indignans repudiat
Officium, et quaerit, cur ſic mentiri velit?
Aſinus demiſſo pene: ſi ſimilem negas
Tibi me eſſe, certe ſimile eſt hoc roſtro tuo.
Aper, quum vellet facere generoſum impetum,
Repreſſit iram, et, facilis vindicta eſt mihi;
Sed inquinari nolo ignauo ſanguine.

FABVLA XXX.

RANAE METVENTES TAVRORVM PRAELIA.

Humiles laborant, vbi potentes diſſident.
Rana, in palude pugnam Taurorum intuens,
Heu quanta nobis inſtat pernicies! ait.
Interrogata ab alia, cur hoc diceret,
De principatu quum decertarent gregis,
Longeque ab illis degerent vitam boues?
Eſt ſtatio ſeparata, ac diuerſum genus,
Sed pulſus regno nemoris qui profugerit,
Paludis in ſecreta veniet latibula,
Et proculcatas obteret duro pede.
Caput ita ad noſtrum furor illorum pertinet.

FABVLA XXXI.

MILVVS ET COLVMBAE.

Qui ſe committit homini tutandum improbo,
Auxilia dum requirit, exitium inuenit.

Columbae saepe quum fugissent Miluum,
Et celeritate pennae vitassent necem,
Consilium raptor vertit ad fallaciam,
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare sollicitum potius aeuum ducitis,
Quam me creatis icto regem federe,
Qui vos ab omni tutas praestem iniuria?
Illae credentes tradunt sese Miluo:
Qui, regnum adeptus, coepit vesci singulas,
Et exercere imperium saeuis vnguibus.
De reliquis tunc vna: merito plectimur.

* *

LIBER SECVNDVS.

PROLOGVS.

Exemplis continetur Aesopi genus,
Nec aliud quidquam per fabellas quaeritur,
Quam corrigatur error vt mortalium,
Acuatque sese diligens industria.
Quicunque fuerit ergo narranti iocus,
Dum capiat aurem, et seruet propositum suum,
Re commendatur, non auctoris nomine.
Equidem omni cura morem seruabo senis:
Sed si libuerit aliquid interponere
Dictorum, sensus vt delectet varietas,
Bonas in partes, lector, accipias velim.
Sic ista tibi rependet breuitas gratiam,
Cuius verbosa ne sit commendatio.

FABVLA I.

IVVENCVS, LEO ET PRAEDATOR.

Attende, cur negare cupidis debeas:
Modestis etiam offerre, quod non petierint.

Super

Super Iuuencum ſtabat deiectum Leo.
Praedator interuenit, partem poſtulans.
Darem, inquit, niſi ſoleres per te ſumere:
Et improbum reiecit. Forte innoxius
Viator eſt deductus in eundem locum,
Feroque viſo, retulit retro pedem.
Cui placidus ille: non eſt, quod timeas, ait,
Et quae debetur pars tuae modeſtiae,
Audacter tolle. Tunc diuiſo tergore,
Siluas petiuit, homini vt acceſſum daret.
Exemplum egregium prorſus et laudabile.
Verum eſt auiditas diues, et pauper pudor.

FABVLA II.

ANVS DILIGENS VIRVM AETATIS MEDIAE, *item* PVELLA.

A feminis vtcunque ſpoliari viros,
Ament, amentur, nempe exemplis diſcimus.
Aetatis mediae quemdam mulier non rudis
Tenebat, annos celans elegantia:
Animosque eiusdem pulchra iuuenis ceperat.
Ambae, videri dum volunt illi pares,
Capillos homini legere coepere inuicem.
Quum ſe putaret fingi cura mulierum,
Caluus repente factus eſt: nam funditus
Canos Puella, nigros Anus euellerat.

FABVLA III.

HOMO ET CANIS.

Laceratus quidam morſu vehementis Canis
Tinctum cruore panem miſit malefico,
Audierat eſſe quod remedium vulneris.
Tunc ſic Aeſopus: noli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne nos viuos deuorent,
Quum ſcierint eſſe tale culpae praemium.
Succeſſus improborum plures adlicit.

FABVLA IV.

AQVILA, FELES ET APER.

Aquila in ſublimi quercu nidum fecerat:
Feles cauernam nacta in media pepererat:
Sus nemoris cultrix foetum ad imam poſuerat.
Tum fortuitum Feles contubernium
Fraude et ſceleſta ſic euertit malitia.
Ad nidum ſcandit volucris: pernicies, ait,
Tibi paratur, forſan et miſerae mihi.
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum inſidioſum, quercum vult euertere,
Vt noſtram in plano facile progeniem opprimat.
Terrore offuſo et perturbatis ſenſibus,
Derepit ad cubile ſetoſae Suis;
Magno, inquit, in periclo ſunt nati tui.
Nam ſimul exieris paſtum cum tenero grege,
Aquila eſt parata rapere porcellos tibi.
Hunc quoque timore poſtquam compleuit locum,
Doloſa tuto condidit ſeſe cauo.
Inde euagata noctu ſuſpenſo pede,
Vbi eſca ſe repleuit et prolem ſuam,
Pauorem ſimulans, proſpicit toto die.
Ruinam metuens Aquila ramis deſidet:
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inedia ſunt conſumti cum ſuis,
Felisque catulis largam praebuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis ſaepe concinnet mali,
Documentum habere ſtulta credulitas poteſt.

FABVLA V.

CAESAR TIBERIVS AD ATRIENSEM.

Eſt ardelionum quaedam Romae natio,
Trepide concurſans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi moleſta, et aliis odioſiſſima.

Hanc

Hanc emendare, si tamen possum, volo
Vera fabella: pretium est operae attendere.
Caesar Tiberius quum, petens Neapolim,
In Misenensem villam venisset suam,
Quae monte summo posita Luculli manu,
Prospectat Siculum, et prospicit Tuscum mare;
Ex alticinctis vnus Atriensibus,
Qui tunica ab humeris linteo Pelusio
Erat destricta, cirris dependentibus,
Perambulante laeta domino viridia,
Alueolo coepit ligneo conspergere
Humum aestuantem, come officium iactitans,
Sed deridetur. Inde notis flexibus
Praecurrit alium in xystum, sedans puluerem.
Agnoscit hominem Caesar, remque intelligit.
Id vt putauit esse nescio quid boni,
Heus, inquit dominus, ille enim vero adsilit,
Donationis alacer certae gaudio.
Tum sic iocata est tanti maiestas ducis:
Non multum egisti, et opera nequidquam perit;
Multo maioris alapae mecum veneunt.

FABVLA VI.

AQVILA, CORNIX ET TESTVDO.

Contra potentes nemo est munitus satis:
Si vero accessit consiliator maleficus,
Vis et nequitia quidquid oppugnant, ruit.
Aquila in sublime sustulit testudinem.
Quae quum abdidisset cornea corpus domo,
Nec vllo pacto laedi posset condita;
Venit per auras Cornix, et propter volans:
Opimam sane praedam rapuisti vnguibus,
Sed nisi monstraro, quid sit faciendum tibi,
Graui nequidquam te lassabit pondere.
Promissa parte, suadet, vt scopulum super
Altis ab astris duram inlidat corticem,

Qua comminuta, facili vescatur cibo.
Inducta verbis Aquila monitis paruit,
Simul et magistrae largae diuisit dapem.
Sic, tuta quae naturae fuerat munere,
Impar duabus occidit tristi nece.

FABVLA VII.

MVLI ET LATRONES.

Muli grauati sarcinis ibant duo:
Vnus ferebat fiscos cum pecunia,
Alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille onere diues, celsa ceruice eminens,
Clarumque collo iactans tintinnabulum:
Comes quieto sequitur et placido gradu.
Subito latrones ex insidiis aduolant,
Interque caedem ferro Mulum trusitant,
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
Spoliatus igitur quum casus fleret suos,
Equidem, inquit alter, me contemtum gaudeo,
Nam nihil amisi, nec sum laesus vulnere.
Hoc argumento tuta est hominum tenuitas,
Magnae periclo sunt opes obnoxiae.

FABVLA VIII.

CERVVS ET BOVES.

Ceruus nemorosis excitatus latibulis,
Vt venatorum fugeret instantem necem,
Reperire, IV. 4. argumentum, IV. 10. effugium, ib. 1. fontem, III. 10. margaritam, ibid. 12. materiam, I. prol. seruitutem, IV. 3. turbam, V. 4. vtilitatem, IV. 1. reperti, ib. 24. repertum, V. 5.

Repetere canticum, V. 7.

Replere anum odore, IV. 17. se esca, II. 4. repleta pera vitiis, IV. 9.

Reposcere locum, I. 19.

Repraesentare poenam, III. 10.

Reprehendere elapsum, V. 8.

Reprimere iram, I. 29.

Repudiare officium, ibid.

Repulsam sentire, I. 3.

Requirere, I. 16. auxilia, I. 31. qui sint, IV. 25.

Res cibi, IV. 7. domini, I. 23. feminarum, III. 8. domestica, III. prol. grauis, ibid. narrata, IV. 24. parua, ib. 3. secunda, dubia, V. 2. vtraque, III. 10. venit in dubium, ib. 13. rem expedire, I. 16. intelligere, II. 5. peragere, IV. 25. re commendari, II. prol. res manifestae, V. 5. multae, IV. 25. nouae, V. prol. optimae, IV. 23. pretiosae, IV. 21. rerum occasio, V. 8. varietas, IV. 25. V. 5. res notuit, V 7.

Res haec auaris esse conueniens potest, I. 27. re hac probatur, I. 13. IV. 9.

Residens arbore, I. 13.

Resides, V. 1.

Residuum opus, IV. 25.

Resistere, III. 7. ad fontem, I. 12. restitit, III. 14.

Resonat domus adparatu, IV. 24.

Respectus fabulae, V. 4.

Respiciens nihil, III. 10.

Respondere, I. 1. I. 22. II. 8. III. 3. ib. 6. IV. 4. ib. 18. V. 1. V. 3. clementer, IV. 19. respondent citati, IV. 17.

Responsum, IV. 20.

Restituere fructum, III. 13.

Retensus arcus, ibid. 14.

Retenta cornua, I. 12.

Retorridus mus, IV. 1.

Retro referre pedem, II. 1.

Retundere superbiam, IV. 23.

Reuertier, IV. 17. domum, ib. 14. reuertor hostis, III. 2.

Reuocare, I. 26.

Reus confessus, IV. 25.

Rex Dardaniae, III. prol. ferarum, IV. 12. vrbis, I. 14. rege explorato, I. 2. regis officium, IV. 17. in capite, musca sedet, IV. 23. est, dimittere legatos, IV. 17. regem creare, I. 31.

Ridere, I. 2. delirum, III. 14.

Ridicule magis, quam vere, III. 4.

Rigens gelu colubra, IV. 18.

Risus leuis, I. 29. magnus, V. 7. mouere, I. prol.

Riuus, I. 1.

Rodere, de muribus, I. 22.

Rogare aditum, IV. 17. victum, IV. 21. rogare, ib. 8. ib. 14. caussam, ib. 18. coronam, V. 7. modium tritici quem, I. 16. pro vita, III. 2. regem, I. 2. vt deponeret, I. 19. rogatus, IV. 4. III. 20. rogata vt taceret, ibid. 16.

Roma,

Roma, I. 3. II. 5. III. 10. incolumis, V. 7.

Rostrum apti, I. 29. ciconiae, I. 26.

Rudis mulier, II. 2.

Ruere, *ib.* 6. certatim, V. 1. ruit Ilium, III. 10.

Rugosam inflare pellem, I. 24.

Ruina camarae, IV. 24. ruinam metuens, II. 4.

Rumor dispersus, V. 5. fremit, V. 7. implet Athenas, IV. 4. prodit legatos, *ibid.* 17.

Rumpere arcum, III. 14. rupti periere, I. 20.

Rupto corpore iacere, I. 24.

Rursus, I. 24. II. 8. III. 16. IV. 17.

Rusticus, III. 3. V. 5. rustici, II. 8. rustica lanifica, IV. 4. rustica *formica*, *ib.* 23.

S

Sacci tumentes, II. 7.

Sacrilegio onustus, IV. 10.

Sacrum, IV. 10.

Saeculum, *vide* Seculum.

Saepe, I. 12. I. 31. III. 5. *ib.* 8. IV. 1. *ibid.* 10. IV. 21. *ib.* 25.

Saeuire irato impetu, III. 2.

Saeuum ingenium, IV. 6. saeui morsus, I. 31. saeuae tempestates, IV. 16.

Sal vrbanus, V. 5.

Saliens summis viribus, IV. 2.

Saltans Bathyllus, V. 7.

Saltem, V. 2.

Saltus velox, III. 2.

Saltus, I. 5.

Salue frater, *ib.* 29.

Salus, pro salute votum, V. 4.

Salutantes inuicem, III. 7.

Saluus Princeps, V. 7. saluum te cupimus, II. 8.

Sanctus Hercules, V. 5. sancta Mnemosyne, III. prol. religio, I. 27. vxor, III. 10. sancta iura, IV. 12. sanctissimus vir, V. 5.

Sane, II. 7. III. 15. IV. 23. leue, IV. 1.

Sanguis humanus, V. 3. ignauus, I. 29. sanguinis damnum, I. 28.

Sanitas constat, IV. 35. ad sanitatem venit curatio, V. 7.

Sapere, III. 4. putantur, IV. 6.

Sapiens, III. 14. Minerua, *ib.* 17.

Sapientia praeualet virtute, I. 13.

Sapor, III. 4. mellis, *ib.* 13.

Sarcina prolapsa, *ib.* 15. sarcinas baiulare, *ibid.* 10. sarcinis grauati, II. 7.

Satiari, I. 26. cibo, III. 7. satiatur voluptas, IV. 8.

Satis materiae, V. prol. retundere, IV. 23. facere, V. 10.

Sator hominum, III. 17.

Saxo petere, *ib.* 2. saxa mouere cantu, *ib.* prol.

Saxis onerare, *ib.* 2.

Scandere ad nidum, II. 4.

Scelestus, IV. 10. scelesta malitia, II. 4

Scelus Medeae, IV. 6. funestum, III. 10.

Scelera puniuntur fatorum dicto tempore, IV. 10.

Scena, V. 5. in scena operam dare cui, V. 7.

Schola, III. prol.

Scilicet, V. 5.

Sciens parco, IV. 25. scio, III. 6. quod sit, V. 2. vnde, III. 15. scierunt, IV. 24. scierint, II. 3. scisset, III. 15. scirent, II. epil.

Scopulum super, *II.* 6.

Scribere, IV. 25. laudem, *ib.* 24. melos, IV. 21. scribendi caussa, V. prol. scriptum est tibi, IV. 22.

Scripta cuius destringere, IV. 6. haec propter illos scripta est homines fab. I. 1. cur scripserim, V. 10.

Scriptor Menander, V. 1.

Scrutari escam, IV. 17. singula, II. 8.

Scurra, V. 5.

Scyphum poscere, I. 14.

Scytha Anacharsis, III. prol.

Secretum, *ibid.* 10. petere, IV. 23. secreta latibula, I. 30.

Seculum nostrum, V. prol.

Secundi flatus, IV. 16. secunda pars, I. 5. secundae res, V. 2. secundo, IV. 10.

Securus, III. 20. irridet mala alterius, I. 9. securi abeunt domum, III. 2.

Sed. odore, sed multo, IV. 17.

Sed quid, III. 11.

Sedare puluerem, II. 5. sitim, IV. 3.

Sedes nostrae, I. 3.

Sedeo sella, III. 6. spectaturus, V. 5. Iudex, I. 10. in temone, III. 6.

Seductus in secretum, III. 10.

Sedula mater, IV. 4.

Segnis mora, V. 8.

Segregatae oues, III. 15.

Seianus, *ib.* prol.

Sella prima, *ib.* 6.

Semel elapsus, V. 8. qui turpi fraude innotuit, I. 10.

Semianimus, I. 9.

Semisomnum cor, IV. 14.

Semitam facere viam, III. prol.

Semper, I. 13. III. 16. *ib.* 14. IV. 1. V. 4. V. 10.

Senarii versus, I. prol.

Senecta debilis, IV. 1.

Senex, I. 15. II. prol. III. 3. *ib.* 19. IV. 4. *ibid.* 14. derisor, III. 14. latrans, V. 10.

Senio debilis, IV. 25.

Sensim queri, IV. 16.

Sensus Manibus, IV. 4. communis, I. 7. testamenti, IV. 4. varietas delectat, II. prol. sensus perturbati, II. 4.

Sententiam dicere, I. 10. legere, IV. 25. sustulit, III. 13. sententia cantici, V. 7. varia, III. 3. probanda, IV. 12. stulta, III. 10.

Sentire, II. 8. III. 10. fabulas, II. epil. nil, III. 10. quid, III. 14. repulsam, I. 3. tonsum, III. 10. vim carminis, *ib.* prol. sensit profecto, *ib.* 19. sentiat, quos attentarit, V. 2. iratum, IV. 24.

Separatim, IV. 14.

Separatus, separata statio, I. 30.

Seponere vestem, IV. 4.

Sequi signum, *ib.* 5. secuti aliquot, *ib.* 1.

Sequi quieto et placido gradu, II. 7. otium, V. 1. me sequetur tertia, I. 5.

Sera poenitentia, I. 13.

Serena facies, IV. 16.

Sermo, ab sermone cognitus, *ibid.* 21.

Sero, IV. 14.

Seruare diligentius aetatem, III. 10. morem senis, II. prol. propositum, *ibid.*

Seruire cui, I. 15. sibi, I. 22.

Seruitus obnoxia, III. prol. tristis, I. 2. seruitutem reperire, IV. 3.

Seruulus, IV. 24.

Seruus, II. epil.

Sestertia centena, IV. 4

Seto-

Setosa sus, II. 4.

Seueritas frontis, IV. 6.

Si non, III. 10. si non, certe, V. 5. si vero, II. 6. si maneret sensus, IV. 4. si quis, III. prol. *ib.* 12. IV. 25. V. prol. pulchre vides, IV. 19. tamen possum, II. 5.

Sibi, *vide* sui.

Sic est locutus, IV. 17. rependet gratiam breuitas, II. prol. satis placet, IV. 19. prosecutus, III. 5. valeas vt es, IV. 1. sic vt, I. 11. IV. 1.

Sic locutus traditur. IV. 3.

Sicubi, V. prol.

Siculum mare, II. 5.

Sidera Ledae, IV. 24. ad sidera tollere clamorem, I. 6.

Significare, IV. 10. V. 8. fabula significat, II. 8. significari prodigio, III. 3.

Signum conspicuum, IV. 5.

Silentium facit exspectatio, V. 5.

Silentio quid praeterire, III. 13.

Silere, IV. 23.

Silua excipit feram, I. 12. siluas petere, II. 1. in siluis, III. 7.

Similis gloria, IV. 24. gyrus, *ib.* 25. tui, V. prol. tibi, IV. 19. tibi ego, I. 29. simili modo quaerere, I. 24. simili iure mulcare, I. 26. querela, I. 9. metu, I. 11. simile aliquid, IV. 17. horum, *ib.* 23. similes habitu, *ib.* 15. similius imitatus, V. 5.

Similiter, III. 5. IV. 1.

Simius, iudex, I. 10. et lanius, III. 3.

Simonides, IV. 21. *ib.* 24.

Simplices, III. 10.

Simpliciter, *ibid.* 7.

Simul, I. 11. I. 22. II. 6. III. 10. IV. 14. *ib.* 21. V. 5. III. 14. IV. 4. *ib.* 8. *ib.* 9. *ib.* 11. adiicere, V. 7. adspexit, III. 10 IV. 19. aduenit, V. 7. cognouit, III. 16. delinquunt, IV. 9. exieris, II. 4.

Simulac, III. 18. IV. 8.

Simul et, III. 10. IV. 21.

Simulacrum, I. 4.

Simulans, I. 14. V. 5. pauorem, II. 4. iter ad villam, III. 10.

Sin autem, II. epil. autem minus, III. prol.

Sinceritas, IV. 10.

Sincerus, sincera integritas, *ib.* 25. sincerum iudicium, III. prol.

Sine labore, III. 7. mercede, IV. 1. virtute, III. 6.

Sinere dormire, III. 16. frui, IV. 15.

Singuli, I. 8. singulis dare destinata, IV. 4. singulos inlicere pretio, I. 8. notare, III. prol. singulae, I. 2. I. 31. IV. 4. horae, III. 15. singula, II. 8.

Sinistra natura, II. epil. tibia, V. 7.

Si non, III. prol.

Sinus Ponti, IV. 6. in sinum demittere caput, V. 5. sinu fouere quid, IV. 18. sinu proferre quid, V. 5.

Sitiens hircus, IV. 8.

Sitim sedare, IV. 3. siti ardere, III. 16. compulsus, I. 1.

Siue, IV. 20.

Smaragdi nitor, III. 18.

Societas fidelis numquam, I. 5.

Socii sunt cum aliquo, *ibid.*

Socrates, III. 9.

Sol vxorem ducit, I. 6. sole medio, III. 19.

Solatium mortis, I. 9.

Solet agi, IV. 12. fieri, III. 9. referri, III. 2. solent labi, V. 5. men-

mendaces luere poenas maleficii, I. 17.

Solebant, III. 20. V. 7. nisi soleres, II. 1.

Solertia hominis, IV. 4. docilis, I. 28.

Solitus dare, V. 7. sedare, IV. 3. quaerere, III. 16.

Solidum decus, IV. 23.

Sollemnis gloria, III. prol.

Sollicitum aeuum, I. 31.

Soluere errorem, IV. 4. frenum, I. 2. quod non debebat, I. 17.

Solus, II. epil. V. 5. familia, III. 19. sola improbitas, I. 5.

Solutus catena, III. 7. solutum pectus, III. prol.

Somnus iners, ib. prol. primus, ib. 10. somnum capere, ib. 16. somno carere, IV. 19.

Sonare cithara, III. 16.

Sonipes iratus, IV. 3.

Sonus, I. 2. III. 18. citharae, IV. 19.

Sophus, III. 14. IV. 16. victor, III. 14.

Sopita somno, III. 10.

Sorbitio liquida, I. 26.

Sordidum periurium, IV. 19.

Spargere odorem, III. 1. sparsi puluere, IV. 24.

Spatium diei, II. 8.

Species non habet cerebrum, I. 7. muta, III. 18.

Spectaculi genus, V. 5.

Spectatorum mos, V. 7.

Speculum, III. 8. lympharum, I. 4.

Specus alui, IV. 5.

Spelunca draconis, ib. 19.

Sperare, III. 10.

Spernat nil auris, ibid. 10.

Spes deluditur, III. 18. deludis, V. 6. fallit quem, III. 5.

Spiritus, II. 8. miser, IV. 19. continetur, ib. 25. spiritum sustinere, III. 2. extremum trahere, I. 21. spiritu luere culpam, IV. 10.

Splendet conuiuium, IV. 24.

Splendor maximus, III. 12.

Spoliantur viri a feminis, II. 2. spoliatus, ib. 7.

Sponsor lupus, I. 16. sponte, III. 15.

Sponsus improbus, I. 16.

Spumantia frena, III. 6.

Stagnum, I. 2. stagni incola, I. 6.

Stare super, I. 27. II. 1. superiorem, I. 1. pro iudicio, V. 5. stant patroni, III. 10. stans, III. 3.

Statim adire, IV. 17. credere, III. 10. mutatus, V. 1. professus, V. 5.

Statio, I. 30.

Statuam ponere, II. epil.

Stercore educatus, I. 27. pasci, IV. 23. in stercore scrutari escam, ib. 17.

Sterculinum, III. 12.

Steriles arbores, ibid. 17.

Stilus Aesopi, ibid. prol.

Stramenta, II. 8.

Strigandum, III. 6.

Stringere ferrum, ib. 10. gladium, V. 2.

Strophae verbosae, I. 14.

Student dici locupletes, I. 27.

Studere, operam dare, II. epil.

Studiose congerere, IV. 23.

Studium, II. epil. III. prol. literarum, IV. 21.

Stulte, III. 11. ib. 15. nudare animi conscientiam, ib. prol.

Stultitia quaestus impudentiae, I. 14.

Stultus, I. 13. error, V. 7. stulta,

ta, IV. 7. credulitas, II. 4. gloria, III. 17. leuitas, V. 7. sententia, III. 10. stultum consilium, I. 20. stultum est, sibi non cauere, I. 9. stultum existimare, IV. 25. stulti, *ib.* 6. risum captant, I. 29. stultis gratus, I. 23.

Stupor corui, I. 13. vulgi, I, 14.

Stuprum turpe, III. 10.

Stylus *vid.* Stilus.

Suadere, II. 6. alicui fugere, I. 15.

Suauis anima, III. 1. suaues argutiae, V. 5.

Sub conditione, IV. 4. illis naeniis vtilitas, IV. 1. tecto, III. 7.

Subclamare feliciter, V. 1.

Subdola verba, I. 13.

Subesse pallio, V. 5.

Subiecti versus, I. 19.

Subinde, II. 8. I. 11. I. 12. I. 27.

Subito, I. 2. aduolare ex insidiis, II. 5. concupiscere, I. 27. consistere, IV. 4. intrare, III. 10. mutari, IV. 16. opprimere, *ib.* 24. inuitatus, *ib.* 14.

Subitus clamor, I. 15. fragor, IV. 17.

Subita benignitas, I. 23.

Sublatus inter manus, V. 7.

Sublime, II. 6. sublimis quercus, II. 4. sublimes *opponuntur* humilibus, I. 28.

Submouere querelam, II. epil.

Subripuisse, I. 10. subripi, IV. 10.

Subscribere gratiae, odio, III. 10.

Subsidere, *ibid.* 10.

Subsidium vitae, IV. 21.

Subtiliter limare, III. 10.

Successus improborum plures adlicit, II. 3. ad perniciem deuocat, III. 5.

Succumbere, III. 14.

Succurrere adflictis, I. 2.

Sudor multus, IV. 24.

Suffici heredem, III. 10.

Sui, sibi molesta, II. 5. seruire, I. 22. timentes, III. 2. non cauere, I. 9. ad se, IV. 22. in se diuitias habet, *ibid.*

Sumere sibi, IV. 19. nihil, *ib.* 21. steriles arbores, III. 17. vuam, IV. 2. quid per se, II. 1.

Summus Iupiter, IV. 19. mons, II. 5. summa quaecumque, IV. 4. summis viribus safire, *ibid.* 2.

Super, I. 27. III. 11. iuuencum stat leo, II. 1. super scopulum quid inlidere, II. 6.

Superba, IV. 23. domus, *ib.* 6.

Superbiae poena, III. 16. superbiam retundere, IV. 23. superbia inani tumere, I. 3.

Superbiens honore, V. 7.

Superesse, II. epil. IV. 25. V. 5.

Superi, IV. 24. superum voluntas, V. 6. superos fraudare, IV. 19. superior stare, I. 1. superiores legati, IV. 17. superius, *ib.* 24.

Supplex, I. 28. II. 8. supplici veniam dare, I. 22.

Suppositum speculum, III. 8.

Supra, I. 2. formam humanam, IV. 24.

Surripere, *vid.* Subripere.

Sus hispidus, V. 10. nemoricultrix, II. 4. setosa, *ibid.*

Suscitare clamores, V. 5.

Suspendere peram, IV. 9. suspensus pes, II. 4.

Suspicio deprimit insontem, III. 10. suspicione errare, *ibid.* prol.

Sustinere, IV. 15. impetum, III. 10. iocos, III. 8. libellum, IV. 6. malum, I. 2. notam, I. 3. paupertatem, IV. 21. spiritus, III. 2.

Sustulit, I. 28. sententiam, I. 13.

Sutor malus, I. 14.

Sua cuique cogitatio, V. prol. suspicio, III. prol. cum suis, II. 4. suos contemnens, I. 3. esse dicit, III. 13. eripere, I. 28. suis in rebus videre plurimum, II. 8. sua exempla pati, I. 26.

T

Tabula naufragorum, IV. 21.

Tabernae, ib. 5.

Tacere, III. 16. tace, V. 9.

Tacite gemere, V. 1. proferre caput, I. 2.

Tacitum cor, V. prol.

Talis dolus, I. 31. modus, IV. 4. vir, III. 9. effigies, V. 8. fabella, I. 2. IV. 23. sententia, III. 13. tale exemplum, V. prol. praemium, II. 3. commercium, IV. 10. tales reliquiae, II. 1.

Tam, III. 9.

Tamen, II. epil. III. prol. ib. 7. ib. 10. ib. 15. IV. 5. ib. 10. ib. 20.

Tandem, I. 8. III. 19.

Tangere rem, I. 5. III. 8. vuam, IV. 2. tangi inuidia, I. 23. manibus, III. prol.

Tantus dux, II. 5. tanta bonitas, IV. 8. copia, ibid. 25. magnitudo, I. 24. tanta mala, III. prol. quod tantum praemium? IV. 19. corporis, III. 7. tanti non est ingenium tuum, III. prol. tanto melior, ib. 5. tanto iustius, quanto, V. 5. tantum luctum, I. 28.

Tantum, III. 2.

Tantummodo, V. 7.

Tarda es, III. 6.

Tartareus specus, IV. 5.

Taurus, V. 9. infestis cornibus, I. 21. taurorum pugna, I. 30.

Tegit pudor hoc, IV. 23.

Tectum hominum, II. 8.

Tela iacere, IV. 3.

Temeritas paucis bono, V. 4.

Temo, III. 6.

Temperare iugum, ibid. 6. temperatae argutiae, V. 5.

Tempestas, horrida, saeua, IV. 16. ib. 21.

Templa perlustrare, IV. 23.

Tempus, V. 8. fatorum, IV. 10. vitae, ib. 17. aduersum, II. 8. breue exorare, I. 19. longum, IV. 4. tempore, ib. 25. temporis dilatio, ib. 25.

Tempora amicis reddere, III. prol.

Tendere dolos, I. 23.

Tensus arcus, III. 14.

Tenebras dispellere, III. 10. in tenebris, ibid. 10. IV. 19. victum quaerere, III. 16.

Tener grex, II. 4.

Tenere alienum, IV. 4. cibum ore, I. 4. aliquem, II. 2. impetus, III. prol. quem, V. 8. tenet fauor mentes, V. 5. tenenda est occasio, V. 8.

Tentare an, I. 23. caput, III. 10. si qua res esset, IV. 7.

Tenuis cibus, IV. 12.

Tenuitas nimia crurum, I. 12. tuta, II. 7.

Tergum, post tergum, IV. 9.

Tergus diuisum, II. 1.

Terminum habere, V. prol. proponere, excedere, IV. 25.

Terram eruere, IV. 19. fodere, II. 4. in terris, IV. 22.

Terrere, I. 2. bestias, I. 11. territus clamore, I. 15.

Terror offusus, II. 4.

Tertia pars, I. 5. tertius liber, III. prol.

Testa nobilis, *ibid.* 1.

Testamenti sensus, IV. 4.

Testari, I. 5.

Testimonium falsum, I. 17.

Testis, III. prol. citatus, I. 17. testes integritatis, III. 11.

Testudo, II. 6.

Theatrum, V. 5. in theatro rumor, V. 7.

Thesaurus abditus, IV. 19. thesaurum inuenire, I. 27. pro thesauro carbonem, V. 6.

Thessala securis, IV. 6.

Threissa gens, III. prol.

Ture superos fraudare, IV. 19.

Tiberius Caesar, II. 5.

Tibia sinistra, V. 7. tibiae dextrae, *ibid.* tibiarum iucunditas, IV. 19.

Tibicen, V. 7.

Tigillum paruum, I. 2.

Tignum, *ibid.*

Timere, I. 1. III. 6. sibi, *ib.* 2. ne, IV. 17. timentes concacant, *ibid.* timere absistere, III. 2.

Timidius senex, I. 15. comes, V. 2.

Timor caecus, II. 8. timore mortis confessus, I. 14. complere locum, II. 4. timorem ponere, I. 2.

Tinctus panis cruore, II. 3.

Tintinnabulum collo iactans, II. 7.

Titubans pes, IV. 14.

Titulus, V. prol.

Toga pura, III. 10.

Tollere aranea, II. 8. clamorem, I. 11. clamorem ad sidera, I. 6.

Tollere audacter, II. 1. praedam, II. 8. primam partem, I. 5. sententiam, III. 13. testudinem, II. 6. pennas, quae pauoni deciderant, I. 3.

Tonans Iupiter, III. prol.

Tonitrua deuoluta, V. 7.

Tonsum caput, III. 10.

Torquere fame quem, I. 26. spiritum, IV. 19. se diu, III. 14.

Totum se prosternere, V. 7. toto die, II. 4. IV. 14. totam fortunam distribuere, IV. 4. regiam concacare, *ib.* 17. tota praeda, I. 5. arbor, I. 29. vita, IV. 16. totis naribus, III. 1. viribus, I. 11.

Toxicum, I. 14.

Tradere, I. 28. domum, IV. 4. sese miluo, I. 31. famae, V. prol. memoriae, IV. 24. posteris, IV. 4. traditum est, I. 25.

Tragica persona, I. 7.

Trahere adfinitatem, IV. 15. odorem, III. 1. spiritum extremum, I. 21. vitam luxu, IV. 4.

Transferre adfectus in fabellas, III. prol. verba cuius in chartas suas, V. prol.

Transigere pectus gladio, III. 10.

Transire, II. 8. transeunt menses, V. 7.

Translatitius mos, V. 7.

Tremunt omnia, IV. 17.

Trepidare, III. 16. IV. 5.

Trepide concursans, II. 5.

Tres filiae, III. 4.

Tribades, IV. 14.

Tribuere cantus, III. 18. honorem, gloriam, I. 7. partem, I. 5. tribuitur gloria, II. epil. literis honos, IV. 24.

Tribuit mortua, quod viua negarat, III. 16.

Triclinium, *IV.* 24.

Tristis euentus, *ib.* 5. nex, *II.* 6. nota, *I.* 3. seruitus, *I.* 2. vita, *III.* 20. audis sonum citharae, *IV.* 19. tristem vicem fortunae gemere, *V.* 1.

Tritici modius, *I.* 16.

Triuium, V. 6. triuio conceptus, *I.* 27.

Trucidare pecus, *III.* 2.

Trudi foras, *V.* 5.

Trusitare, *II.* 7.

Tu, tu, *III.* 8. tibi dico, *IV.* 19.

Tueri domum a furibus, *III.* 7. caussam alicuius, *ib.* 10.

Tugurium canis, I. 19.

Tum, *I.* 2. demum, *I.* 13. vero, *IV.* 17. gubernator, *ib.* 16.

Tumere superbia inani, *I.* 3. tumentes sacci hordeo, *II.* 7.

Tunc contra, *I.* 2.

Tunc, *V.* 2. illa, *V.* 3.

Tunica destricta ab humeris, *II.* 5. niuea, *V.* 7.

Turba, *I.* 19. *III.* 19. *IV.* 4. puerorum, *III.* 14. maior, *V.* 4. *V.* 5. media, *IV.* 4. petulans, *I.* 2. turbam deficiunt loca, *V.* 5.

Turbare bestias miraculo, *I.* 11. vadum, *IV.* 3. turbati, *ibid.* 17.

Turbulenta aqua, *I.* 1.

Turpis error, *V.* 5. fimus, *IV.* 17. facies, *III.* 4. fraus, *I.* 10. turpe aliquid, *IV.* 17. stuprum, *III.* 10. homini, pati quod meruit, *ib.* 11. turpissima filia, *III.* 8. et *IV.* 4. turpes poenae, *I.* 13.

Turpiter derideri, *I.* 25.

Tuscum mare, *I.* 4.

Tutandum se committere, *I.* 31.

Tutela, in tutela esse, *III.* 17.

Tutus naturae munere, *II.* 6. tuta nauis, *IV.* 16. tenuitas, *II.* 7. tutum cauum, *II.* 4. tutae ab iniuria, *I.* 31. tuta loco, *I.* 28.

Tympana Gallorum, *III.* 20.

Tyrannus, *I.* 2. *V.* 1.

V

Vacare vxori, *III.* prol. a negotiis, *ibid.*

Vacca, *I.* 5.

Vaciue perlegere, *V.* prol.

Vacua loca, *V.* 5.

Vadere foras, *IV.* 17.

Vadum, *I.* 2. *IV.* 3. clausum, *IV.* 8.

Vagantes paludibus, *I.* 2. vagari, *III.* 7.

Valere quantum, *IV.* 24. plus, *I.* 5. adsequi, *IV.* 1. valet ingenium, *I.* 13. sic valeas, vt, *IV.* 1.

Validius flagitare, *I.* 19. molesti, *V.* 5. inflare, *I.* 24. clamare, *III.* 16. laborare, *ib.* 11.

Vanus animus, *V.* 7. quaestus, *I.* 9. vana gloria, *IV.* 15. vanum beneficium, *I.* 22. vanae minae, *II.* 6.

Varietas copiosa, *V.* 5. delectat, *II.* prol. distringit quem, *IV.* 25.

Varii modi, *IV.* 6. variae sententiae, *III.* 3.

Vastans cuncta, *III.* 2.

Vasti corporis ceruus, *I.* 5.

Vates, *IV.* 24.

Vber admotum, *III.* 15.

Vbi, *I.* 30. *II.* 4. *IV.* 14. *V.* 1. *V.* 7. accenderet, *III.* 19.

Vbi pernicitas nota, *I.* 9. immolatur, *IV.* 23. requiram vos?

vos? *I.* 16. ſtrigandum, ſcio, *III.* 6.

Vectorum lacrimae, *IV.* 16.

Vehemens canis, *II.* 3.

Vel, *V.* 3.

Velle demonſtrare, *III.* 15. dicere, *ib.* 1. ducere vxorem, *I.* 6. comeſſe, *I.* 13. conſequi, *IV.* 12. inuitare, *ib.* 24. obtrectare, *V.* prol. eſſe, *III.* 17. mentiri, *I.* 29. volo emendare, *II.* 5. imitari, *I.* 24. refelli quem, *IV.* 20. vos vti ſpeculo, *III.* 8. non vis progredi? *III.* 6. voluit venire, *IV.* 21. voluiſſes pati, *I.* 3. quum voles, *III.* 14. velim accipias, *II.* prol. me excuſatum, *III.* prol. vellem adiuuiſſes, *V.* 2. narrabit quisque quod voluerit, *III.* 17. vis, *I.* 23. vult, *I.* 13. *II.* 4. volebat, *III.* prol. volunt, *II.* 2. voluiſti, *V.* 3. voluit, *I.* 4. *III.* 15. voluerit, *I.* prol. *II.* epil. velim, *IV.* 25. vellet, *I.* 11. *I.* 22. *I.* 29. *IV.* 4.

Velox impetus, *I.* 16. ſaltus, *III.* 2. veloces ferae, *V.* 10. mures, *IV.* 1. velocior, *III.* 2.

Venas irrigatus nectare, *IV.* 14.

Venans oculis viros, *IV.* 4. venantum voces, *I.* 12.

Venari aſello comite, *I.* 11.

Venator, *V.* 10. venatorum nex, *II.* 8.

Vendere cultum, *IV.* 4. honorem fructu, *III.* 17.

Venditare antidotum, *I.* 14.

Veniam dare ſupplici, *I.* 22. *V.* 3. impetrare, *IV.* 25.

Venire, veneunt mecum alapae maioris, *II.* 5.

Venire, *I.* 21. *II.* 8. *III.* 5. *IV.* 1. *ib.* 7. *ib.* 10. *IV.* 11. *ib.* 17. *ib.* 21. *ib.* 23. greſſu, *V.* 1. ad certamina, *V.* 5. in dubium, *III.* 13. periculum, *IV.* 8. in conſpectu, *V.* 1. venit curatio ad ſanitatem, *V.* 7. ad me munus, *IV.* 25. veniunt voces, *ibid.* venient feriae, *III.* prol. veni, *ib.* 16. veni ergo mecum, *III.* 7.

Venire ad riuum, *I.* 1. venire in ſecreta latibula, *I.* 30. in villam ſuam, *II.* 5. per auras, *II.* 6. veniunt vices aliorum, *IV.* 25. maius ne veniat malum, *I.* 2.

Venter impletur, *III.* 7. ventrem continere, *IV.* 17.

Ventitare, *III.* 10.

Veneri placet myrtus, *III.* 17.

Venuſti hortuli, *IV.* 4.

Verboſa commendatio, *II.* prol. verboſae ſtrophae, *I.* 13.

Verba ſubdola, *I.* 13. ſua contemni vidit, *III.* 16. dare cui, *ib.* 3. verbis adiuuare, *V.* 2. eleuare, *IV.* 2. iactans gloriam, *I.* 11. inducta, *II.* 6. moueri, *III.* 6.

Vere, *I.* 14.

Verendi Dii, *IV.* 10. vereri dolos, *I.* 25.

Veretri adfixio, *IV.* 13.

Veritas exploranda, *III.* 10. veritatis fons, *ibid.* vires, *I.* 1.

Vero, *IV.* 17. *V.* 5. ego vero, *III.* 7.

Verrem immolare, *V.* 14.

Verſus, *III.* 15. Simonidis, *IV.* 21. ſubiecti, *I.* 19.

Verſus ſenarii, *I.* prol.

Vertere conſilium ad fallaciam, *I.* 31. verti in periculo, *II.* 8.

Verum, *I.* 4.

Verus porcellus, *V.* 5. vera fabella, *II.* 5. laus, *IV.* 11. verum dicere, *I.* 10. eſſe, *I.* 15. veri amici, *III.* 9.

Veſci ſingulas, *I.* 31. cibo, *II.* 6.

Veſpa,

Vespa, *III.* 13.

Vestimentis obtegere quid, *V.* 5.

Vestis, *III.* 10. *IV.* 4. *ib.* 21. veste celare partes, *IV.* 14.

Vestitu adfluens, *V.* 1.

Veto dimitti, *V.* 17. esse tale, *IV.* 10.

Vetus iniuria, *I.* 21. vetera vina, *IV.* 4.

Vetustas, *IV.* 21. fabulosa, *III.* 10.

Vetustum genus, *V.* prol. vetustis fauere, *ibid.*

Vexata nauis, *IV.* 16.

Via honoris, *II.* epil. audax, *IV.* 6. media, *III.* 14.

Viam facere semitam alicuius, *III.* prol.

Viator innoxius, *II.* 1.

Vicem fortunae gementes, *V.* 1. adsuetam, *III.* prol. aliorum vices, *IV.* 25. noctis, *II.* 8.

Vicina mors, *IV.* 25. vicinus fur, *I.* 6.

Victima periculum auertere, *III.* 3.

Victor, *I.* 15. mustela, *IV.* 5. pyctes, *IV.* 24. sophus, *III.* 14.

Victum quaerere, *III.* 16. rogare, *IV.* 21.

Videre, *I.* 7. *I.* 13. *I.* 20. *II.* 8. *III.* 1. *ib.* 2. *ib.* 4. *ibid.* 12. *ib.* 14. *V.* 5. mala, *I.* 16. nostra, *IV.* 9. plurimum in, *II.* 8. vultum, *IV.* 17. nuptias, *I.* 6. pulchre, *V.* 10. quam non sit, *IV.* 19. videre simulacrum suum in speculo lympharum, *I.* 4. boues corruptos, *II.* 8. video te pasci, *IV.* 23. vt vidit, *I.* 21. *III.* 16. *IV.* 17. *ib.* 21. vbi vidit, *V.* 1. vides, *II.* 4. videt, *IV.* 17. vide, ne compungam, *III.* 6. videris, *I.* 10. videri, *opp.* esse, *IV.* 1. molestum, *IV.* 25. volunt, *II.* 2. videtur, *IV.* 1. qualis videtur tibi opera? *I.* 11. videntur vendere, *III.* 17. videor mori, *I.* 21. acer, *III.* 7.

Vigilare, *I.* 23. *III.* 7.

Vigilia omni, *III.* prol.

Vigor saltantis, *V.* 7.

Vile hordeum, *II.* 7. viles naeniae, *III.* prol.

Villa, *III.* 10. *IV.* 4. Misenensis, *II.* 5. proxima, *II.* 8.

Villicus, *II.* 8.

Vincere aliquem, *V.* 5. faciem moribus, *III.* 8. forma, magnitudine, *III.* 18. vinci sono, *ibid.* victus dolore, *I.* 8. victi mures, *IV.* 5.

Vindicanda iniuria, *IV.* 17, vindicare dolorem, *III.* 10. impetum, *IV.* 6. iniuriam ictu, *I.* 21. se dextera, *V.* 2.

Vindicta rei paruae, *IV.* 3. facilis, *I.* 29. patet solertiae, *I.* 28.

Vinea alta, *IV.* 2.

Vinum parare, *IV.* 4. vino deuota, *IV.* 4. vina vetera, *ibid.*

Violare manes, *I.* 27.

Vipera, *IV.* 7.

Vir, *I.* 18. fortis, *IV.* 11. natus, *III.* 9. sanctissimus, *V.* 5. talis, *III.* 9. viri ingenium, *V.* 1. viro priuata, *III.* 10. viri spoliantur a feminis, *II.* 2. viros venari, *IV.* 4.

Virginale, *IV.* 14.

Viridia laeta, *II.* 5.

Virtus exhibet decus, *IV.* 23. virtutis expers, *I.* 11. virtuti credendum, *V.* 2. tribuitur gloria, *II.* epil. virtute praeualet sapientia, *I.* 13. sine virtute exercere minas, *III.* 6. virtute impares, *IV.* 15.

Vis et nequitia oppugnant, *II.* 6. carminis, *III.* prol. veritatis, I. 1. vires aquilae, *III.* 18. languidae, *ib.*2. summae, *IV.* 2. viribus desertus, *I.* 21. magnis fugere, *V.* 2. vi compescere, *I.* 2.

Visum est, *IV.* 23. qua visum est, *III.* 7.

Visus ferus, *II.*1. homo, *III.*29.

Vita, *I.* prol. *II.* 8. aspera, *III.* 7. mea, *IV.* 19. melior, *ib.* 17. et mores, *III.* prol. propior morti, *IV.* 25. tristis, *III.* 20. vitae genus, *ib.* prol. subsidium, *IV.* 21. vitam dare, *ib.*24. degere, *I.* 3. *ib.* 30. miscet dolor et gaudium, *IV.* 16. trahere luxu, *ib.* 4. in vitam hanc incumbere, *III.* prol. pro vita rogare, *ib.* 2.

Vitare insidias, *I.* 19. lucrum, *V.*4. necem, *I.*31. rapinam, *II.* 4.

Vires, *IV.* 4.

Vitia propria, *ib.* 9.

Vitulus, *V.* 9.

Vituperare nimiam tenuitatem crurum, *I.*12. coelum, *IV.*6.

Viuere sub tecto, *III.* 7. victurum nomen, *V.* 5.

Viuos deuorare, *II.* 3.

Vix vnum pedem, *IV.* 24. tandem, *ib.* 17.

Vlcisci morte punctum, *V.* 3.

Vlla res, *IV.* 10. prudentia, *I.* 14. vlli, *IV.* 24. vllo pacto, *II.* 6.

Vltima spelunca, *IV.* 19. vltimi, *V.* 1.

Vltro procliuis, *IV.* 25. adfertur, *III.* 7. currere, *II.* 8.

Vmquam, *IV.* 6.

Vnde, *III.* 5. hoc, amice? *ib.* 7. illa sciuit? *ibid.* 15. sic nites, *ib.* 7.

Vna bibere, *III.* 16.

Vnguento delibutus, *V.* 1.

Vngues saeui, *I.* 31. vnguibus rapere, *II.* 7.

Vniones, *IV.* 4.

Vniuersi, ab vniuersis, *V.* 7.

Vnus, I. 17. *II.* 8. ex multis, *II.* 5. homo. *IV.* 4. pes, *ib.* 24. et, alter, *II.* 7. ex Atriensibus, *ib.* 5. *vnus*, id est solus, *I.* 6. in vno plus, quam in turba, *IV.* 4. de reliquis, *I.* 31. vna, *I.* 2. altera, tertia, *IV.* 4. vnum est, *III.* 11.

Vocare quem ad studium, *III.* prol.

Volans propter, *II.* 6.

Volo, *vide* velle.

Volucris, *II.* 4. partiula, *V.* 3. peregrina, *I.*26. volucris cursus, *V.* 8.

Voluntas superûm, *V.* 6. voluntatem interpretari, *IV.* 4.

Voluptas mea non potest satiari, *IV.* 8.

Volutare sese, *IV.* 3.

Votum, *V.* 4.

Vox porcelli, *V.* 5. insueta, *I.* 10. naturae, *V.* 5. vocis fides, *IV.* 25. vocem edere, *I.* 12. exprimere, *V.* 5. habere, *I.* 13. laudare, *III.* 16. mittere, *ibid.* 18. *IV.* 10. ostendere, *I.* 13. vocem praecludit metus, *I.* 2. premere, *I.* 11. voces, propriae, *III.* 18. vocibus venantum conterritus, *I.* 12.

Vrbanus sal, *V.* 5.

Vrbs antiqua *IV.* 21. Asiae vrbes, *ibid.*

Vsurpare ornatum, *IV.* 15.

Vsus longior, *ib.* 25. vsum rei consociare, *ib.* 10. vsu peritus, *III.* 2.

Vt es farina, sic valeas, *IV.* 1. mos est, *V.* 1. moris, *IV.*24.

profue

profuerint, *I.* 12. aiunt, *IV.* 21. fieri solet, *III.* 9. vt ne, *IV.* 24. non potuit, *ib.* 2. refecit, *III.* 2. vidit, *ib.* 16. vt vero, *V.* 7.

Vtcumque, *II.* 2.

Vterque, *I.* 10. *III.* 8. *ib.* 10. *ib.* 13. *V.* 5.

Vti speculo, *III.* 8. genere, *V.* prol. licentia, *IV.* 24.

Vtilis, *IV.* 3. vtilis esse, *III.* 14. vtile beneficium, *IV.* 25. sit quod facimus, *III.* 17. vtiles res, *IV.* 10. vtilius nihil homini, quam recte loqui, *ib.* 12. vtiliora saepe contemnuntur, *I.* 12.

Vtilitas priuata, *I.* 22. quanta, *IV.* 1.

Vtinam, *III.* 9. nec vmquam, *IV.* 6.

Vua acerba, *IV.* 2.

Vulgare nomen amici, *III.* 9.

Vulgatus ordo, *IV.* 24.

Vulgus fictilis, *ib.* 14. vulgi mos, *V.* 1. stupor, *I.* 14. vulgo fertur, *III.* 3.

Vulnus, *II.* 3. vulnere laesus, *ibid.* 7. vulneris remedium, *ib.* 3.

Vulpecula, *IV.* 8.

Vulpis, *I.* 7. *I.* 10. *I.* 13. *I.* 26. *I.* 28. *IV.* 2. *ib.* 8. *ib.* 19. dolosa, *I.* 13.

Vulpini catuli, *I.* 28.

Vulturius, *I.* 27.

Vultus corui, *I.* 13. Iouis, *IV.* 17.

Vxor sancta, *III.* 10. vxorem ducere, *I.* 6. vxori vacare, *III.* prol. vxores, *ib.* 3. vxoris crimen, *ib.* 10.

X

Xystus, *II.* 5.

Z

Zona, *IV.* 21.

PVBLIVS

PVBLIVS SYRVS.

DE

PVBLIO SYRO

LIL. GREGORIVS GYRALDVS

HISTOR. POETARVM, DIALOG. VIII.

OPERVM TOM. II. p. 429. sq.

Fuit hic natione Syrus, qua ratione *Publius Syrus* adpellatus: eadem tempestate floruit, qua Laberius, hoc est, C. Caesaris: sed Laberio haud paruo iunior. Adhuc vero puer cum seruiret, non minus salibus et ingenio amari, quam corporis forma, a domino meruit. Nam cum forte dominus seruum hydropicum in area vidisset, percontatus et simul illum increpans, quidnam in sole faceret, respondit Publius, *aquam calefacit*. Nec minus in conuiuio exorta quaestione, vt moris erat, quodnam molestum esset otium? aliis alia dicentibus, ipse podagrici pedes dixit (et quidem quam vere, vtinam nec ego maxime meo incommodo experirer.) Ob haec igitur et alia eiuscemodi a domino manumissus, et maiore cura eruditus, vt scribit Macrobius. Cum vero profecisset plurimum in scribendis mimis, ingenti assensu per Italiae oppida primum, mox Romam adductus ad Caesaris ludos, vt mimos ageret, omnes tum, qui scripta et operas suas in scena locauerant, prouocauit, vt singuli secum posita inuicem materia pro tempore contenderent: et recusante nemine, omnes superauit, in queis et Laberium: vnde Caesar arridens, hoc modo pronunciauit: *Fauente tibi me, victus es Laberi a Syro?* statimque Publio palmam, Laberio vero annulum aureum, cum quingentis sestertiis dedit. Postea Laberius, qua se potuit ratione vltus est: habitu enim Syri inducto, qui veluti flagris caesus, proripientique se similis exclamabat: *Porro Quirites libertatem perdidimus:* et paullo post etiam adiecit: *Necesse est multos timeat, quem multi timent:* quibus sic actis, omnes in

Caesarem oculos et ora conuerterunt, intelligentes eius potentiam hac dicacitate lapidatam. Sed et Gellius ait, C. Caesarem Laberii maledicentia et arrogantia offensum esse, adeo vt postea acceptiores ac probatiores sibi esse Publii, quam Laberii mimos praedicaret. Leguntur et huius Publii sententiae pleraeque oppido quam lepidae, et ad communem sermonum vsum commodae: ex quibus sunt hae, singulis versibus circumscriptae, quas ideo libet recensere:

Malum consilium est, quod mutari non potest.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Feras, non culpes, quod vitari non potest.
Cui plus licet quam par est, plus vult, quam licet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Frugalitas miseria est rumoris boni.
Heredis fletus sub persona, risus est.
Furor fit laesa saepius patientia.
Improbe Neptunum adcusat, qui iterum naufragium facit.
Ita amicum habeas, posse vt fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
Numquam periculum sine periculo vincitur.
Nimium altercando veritas amittitur.
Pars beneficii est, quod petitur, si cito neges.
Alienum est omne, quidquid optando venit.
Desunt luxuriae multa, auaritiae omnia.
Est vita miseris longa, felicibus breuis.
Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

quo nullum carmen melius inueniri dicebat Cassius Seuerus. Has vero sententias tam ex Gellio et Macrobio, quam ex Seneca et aliis collegimus. Meminit vero et Publii Plinius, quo loco de cibis agit, qui ex suibus condiuntur: *Publii*, inquit, *mimorum poëtae coena, postquam seruitutem exuerat, nulla memoratur sine abdomine, vocabulo etiam suminis ab eo imposito.*

DE

DE PVBLIO SYRO VETERVM QVORVMDAM AC RECENTIORVM TESTIMONIA.

SENECA *Epist. VIII.*

Quantum disertissimorum versuum inter Mimos iacet? Quam multa Publii non excalceatis sed cothurnatis dicenda sunt? Vnum eius versum, qui ad Philosophiam pertinet, et ad hanc partem, quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostris habenda:

Alienum est omne, quicquid optando venit.

Idem Epist. XCIV.

Numquid rationem exigis, cum tibi aliquis hos dixerit versus?

Iniuriarum remedium est obliuio etc.

Aduocatum ista non quaerunt: adfectus ipsos tangunt, et natura vim suam exercente proficiunt.

Idem ibidem.

Quis autem negauerit, feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam imperitissimos? velut his breuissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis:

Auarus animus nullo satiatur lucro.

Ab alio exspectes, alteri quod feceris.

Haec cum ictu quodam audimus, nec vlli licet dubitare, aut interrogare: Quare? Adeo etiam sine ratione ipsa veritas ducit.

Idem Epist. CVIII.

Non vides, quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quae publice agnoscimus, et consensu vera esse testamur?

Desunt inopiae multa, auaritiae omnia.

In nullum auarus bonus est, in se pessimus.

 Et

Et paullo post:

De contemtu pecuniae multa dicuntur, et longiffimis orationibus hoc praecipitur, vt homines in animo, non in patrimonio, putent effe diuitias: eum effe locupletem, qui paupertati fuae aptus eft, et paruo fe diuitem fecit. Magis tamen feriuntur animi, cum carmine eiusmodi dicta funt:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Quod vult habet, qui velle, quod fatis eft, poteft.

Cum haec atque eiusmodi audimus, ad confeffionem veritatis adducimur. Illi enim, quibus nihil fatis eft, admirantur, adclamant, odium pecuniae indicunt.

Rurfus de Tranquill. animi.

Publius Tragicis Comicisque vehementior ingeniis, quoties Mimicas ineptias, et verba ad fummam caueam fpectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum fipario fortiora, et hoc ait:

Cuiuis poteft accidere, quod cuiquam poteft.

Hos fi quis in medullas demiferit, et omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia eft, fic adfpexerit, tamquam illis liberum et ad fe iter fit, multo ante fe armabit, quam petatur.

Et in Confol. ad Marciam, Cap. IX.

Egregium verfum et dignum audiui, qui non in populo periret:

Cuiuis poteft accidere, quod cuiquam poteft.

Controv. VII. C. III.

Vfus colore eft, et Publianam fententiam dixit: abdicationes fuas, inquit, veneno diluit. Et iterum mortem, inquit, meam effudi. Memini, nos, quum loqueretur de hoc genere fententiarum, quo iam infecta erant adulefcentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quafi iam ille hanc infaniam introduxiffet. Caffius Seuerus, fummus Publii amator, aiebat, non illius hoc vitium effe, fed illorum, qui illum ex parte, qua tranfire deberent, imitarentur: tranfirent, quae apud eum melius effent dicta, quam apud quemquam Comicum Tragicum-

gicumque, aut Romanum, aut Graecum: vt illum verſum, quo aiebat, vnum verſum inueniri non poſſe meliorem:

Tam deeſt auaro quod habet, quam quod non habet:

et illud de eadem re dictum:

Deſunt luxuriae multa, auaritiae omnia.

et illos verſus, qui huic quoque ter abdicato poſſent conuenire:

O vita miſero longa, felici breuis!

Et plurimos deinceps verſus referebat Publii diſertiſſimos.

PETRONIVS ARBITER.

Quid putes inter Ciceronem et Publium intereſſe? Ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem.

A. GELLIVS *Noct. Att. L. XVII. C.* 14.

Publius Mimos ſcriptitauit, dignusque habitus eſt, qui ſuppar Laberio iudicaretur. C. autem Caeſarem ita Laberii maledicentia et arrogantia offendebat, vt acceptiores et probatiores ſibi eſſe Publii, quam Laberii, Mimos praedicaret. Huius Publii ſententiae feruntur pleraeque lepidae, et ad communem ſermonum vſum commendatiſſimae, ex quibus ſunt iſtae ſingulis verſibus circumſcriptae, quas libitum hercle eſt adſcribere:

Malum eſt conſilium, quod mutari non poteſt etc.

MACROBIVS *lib.* II. *Saturn. c.* 2. *et* 7.

vbi multa de ſalibus et ingenio Laberii et Publii habet, et haec refert:

Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domini eſſet adductus, promeruit eum non minus ſalibus et ingenio, quam forma, etc. Ob haec et alia manumiſſus et maiore cura eruditus, cum Mimos componeret, ingentique adſenſu in Italiae oppidis agere coepiſſet, productus Romae per Caeſaris ludos, omnes, qui tunc ſcripta et operas ſuas in ſcenam locauerant, prouocauit, vt ſinguli ſecum poſita inuicem materia pro tempore contenderent, nec vllo recuſante, ſuperauit omnes; in quis et Laberium: vnde Caeſar arridens hoc modo pronuntiauit:

Fauente tibi me victus es Laberi a Syro.

ſtatimque Publio palmam, et Laberio annulum aureum cum quingentis ſeſtertiis, dedit. etc.

HIERONYMVS *in Chron. Euſeb. ad Olymp. CLXXXIV. an.* II.

Laberius Mimorum ſcriptor, decimo menſe poſt C. Iulii Caeſaris interitum, Puteolis moritur. Publius Mimographus natione Syrus, Romae ſcenam tenet.

Idem Epiſt. ad Laetam:

Legi quomdam in ſcholis puer,
Aegre reprehendas, quod ſinas conſueſcere.

DESIDERIVS ERASMVS *Chil. IV. Cent. V. n. 6.*

Omnes fere Publianas ſententias video prouerbiorum vice fuiſſe celebratas: nec iniuria ſane; nihil enim illis fingi poteſt nec argutius, nec iucundius. Cuius Mimos ipſi nuper emendatos non grauati ſumus breuiſſimis ſcholiis explicare.

IVL. CAES. SCALIGER *Poetices l.* I. *c.* 10.

Hos Latini Mimos vocant ex Publio et Laberio, qui eo in genere excelluere.

Idem ibidem.

Translata in Italiam argumenta adeo ſalibus et dicacitate aucta ſunt, vt vnus Publius vniuerſam Graeciam ea laude ſpoliarit. Laberius autem elegantia et ſermonis puritate etiam omne Latium prouocarit.

PVBLII

PVBLII SYRI
(ET ALIORVM QVORVMDAM)
SENTENTIAE.

A morte ſemper homines tantumdem abſumus.
Ab alio ſpectes, alteri quod feceris.
Ab amante lacrimis redimes iracundiam.
Abſentem laedit, cum ebrio qui litigat.
Ad calamitatem quilibet rumor valet.
Ad poenitendum properat, cito qui iudicat.
Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio.
Adulter eſt vxoris amator acrior.
Aes debitorem leue; graue, inimicum facit.
Aetas cinaedum celat, aetas indicat.
Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet.
Alienum aes homini ingenuo acerba ſeruitus.
Alienum eſt omne, quidquid optando euenit.
Alterius damnum, gaudium haud facias tuum.
Amans iratus multa mentitur ſibi.
Amans quid cupiat, ſcit: quid ſapiat, non videt.
Amans quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.
Amans, ita vt fax, agitando ardeſcit magis.
Amare et ſapere, vix Deo conceditur.
Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni.
Amantis iuſiurandum poenam non habet.
Amantium ira, amoris integratio eſt.
Ames parentem, ſi aequus eſt; ſi aliter, feras.
Amicis eo magis dees, quo nihil habes.

Amicitia pares aut accipit, aut facit.
Amicitia ſemper prodeſt, amor et nocet.
Amicitiae coagulum vnicum eſt fides.
Amici vitia niſi feras, facis tua.
Amici vitia ſi feras, facis tua.
Amici vitia noueris, non oderis.
Amicum, an nomen habeas, aperit calamitas.
Amicum laedere, ne ioco quidem licet.
Amicum perdere, eſt damnorum maximum.
Amor extorqueri non pote, elabi pote.
Amori finem tempus, non animus facit.
Amoris vulnus, idem, qui ſanat, facit.
Amor miſceri cum timore non poteſt.
Amor otioſae cauſſa ſolicitudinis.
Amor, vt lacrima, oculis oritur, in pectus cadit.
Anguſta capitur tutior menſa cibus.
Animi arbitrio amor ſumitur, non ponitur.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Animo imperabit ſapiens, ſtultus ſeruiet.
Animo virum pudicae, non oculo, eligunt.
Animus aeger turbae praebet ſpectaculum.
Animus, vereri qui ſcit, ſcit tuta ingredi.
Animus hominis, quidquid ſibi imperat, obtinet.
Annoſus non diu vixit; diu fuit.
Anus, cum ludit, morti delicias facit.
Aperte mala cum eſt mulier, tum demum eſt bona.
Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.
Ars non ea eſt, quae ad effectum caſu venit.
Aſpicere oportet, quidquid nolis perdere.
Auaro quid mali optes, niſi vt viuat diu?
Auarum facile capias, vbi non ſis idem.
Auarum irritat, non ſatiat pecunia.
Auarus damno potius, quam ſapiens, dolet.
Auarus ipſe miſeriae cauſſa eſt ſuae.
Auarus, niſi cum moritur, nil recte facit.
Audendo virtus creſcit, tardando timor.
Auferri et illud, quod dari potuit, poteſt.

Auidum eſſe oportet neminem, minime ſenem.
Aut amat, aut odit mulier: nihil eſt tertium.
Auxilia humilia, firma conſenſus facit.

Bene vulgo audire, eſt alterum patrimonium.
Bene cogitata ſi excidunt, non occidunt.
Bene dormit, qui non ſentit, quam male dormiat.
Beneficia donari, aut mali, aut ſtulti putant.
Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere.
Beneficii numquam cito dati obliuiſcere.
Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Beneficium dignis vbi des, omnes obliges.
Beneficium qui dare neſcit, iniuſte petit.
Beneficium qui dediſſe ſe dicit, petit.
Beneficium ſaepe dare, docere eſt reddere.
Bene perdis gaudium, vbi dolor pariter perit.
Bene perdit nummos, iudici cum dat nocens.
Bene vixit is, qui potuit, cum voluit, mori.
Beneuolus animus, maxima eſt cognatio.
Benignus etiam dandi cauſſam cogitat.
Bis emori eſt, alterius arbitrio emori.
Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras.
Bis interimitur, qui ſuis armis perit.
Bis peccas, cum peccanti obſequium adcommodas.
Bis vincit, qui ſe vincit in victoria.
Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus.
Bona comparat praeſidia miſericordia.
Bona fama in tenebris proprium ſplendorem obtinet.
Bona, imperante animo, fiet pecunia.
Bona homini mors eſt, vitae quae exſtinguit mala.
Bona homini mors eſt, animi quae exſtinguit mala.
Bona nemini hora eſt, vt non alicui ſit mala.
Bona opinio hominum tutior pecunia eſt.
Bona quae veniunt, niſi ſuſtineantur, opprimunt.
Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt.
Bona turpitudo eſt, quae periculum vindicat.
Boni eſt viri, etiam in morte nullum fallere.

Bonis

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.
Bonitatis verba imitari, malitia maior eſt.
Bono iuſtitiae proxima eſt ſeueritas.
Bonorum crimen eſt officioſus miſer.
Bonum ad virum cito moritur iracundia.
Bonum eſt fugienda adſpicere in alieno malo.
Bonum eſt etiam bona verba inimicis reddere.
Bonum quidem ſupprimitur, nequam exſtinguitur.
Bonus animus laeſus, grauius multo iraſcitur.
Bonus animus numquam erranti obſequium adcommodat.
Breuis mens ipſa eſt memoria iracundiae.
Breuis ipſa vita eſt, ſed malis fit longior.

Caeci ſunt oculi, cum animus alias res agit.
Caret periculo, qui etiam, cum eſt tutus, cauet.
Caſta ad virum matrona parendo imperat.
Caſus, quem ſaepe tranſit, aliquando inuenit.
Caue amicum credas, niſi quem probaueris.
Cauendi nulla eſt dimittenda occaſio.
Caue ne quidquam incipias, quod poſt poeniteat.
Cicatrix conſcientiae, pro vulnere eſt.
Citius venit periculum, cum contemnitur.
Cito ignominia fit ſuperbi gloria.
Cito improborum laeta ad perniciem cadunt.
Ciuilis belli obliuio, defenſio eſt.
Cogas amantem iraſci, amare ſi velis.
Comes facundus in via pro vehiculo eſt.
Coniunctio animi maxima eſt cognatio.
Conſcientiae potius, quam famae, attenderis.
Conſidera, quid dicas, non quid cogites.
Conſilium inueniunt multi, ſed docti explicant.
Conſilio melius vincas, quam iracundia.
Conſueta vitia ferimus, non reprehendimus.
Contemni grauius ſapientiae eſt, quam percuti.
Contemni leuius ſtultitiae eſt, quam percuti.
Contra felicem vix Deus vires habet.
Contra impudentem ſtulta eſt nimia ingenuitas.
Crimen relinquit vitae, qui mortem adpetit.

Crude-

Crudelem medicum intemperans aeger facit.
Crudelis eſt, non fortis, qui infantem necat.
Crudelis eſt in re aduerſa obiurgatio.
Crudelis lacrimis paſcitur, non frangitur.
Cui nolis ſaepe iraſci, iraſcaris ſemel.
Cui omnes bene dicunt, poſſidet populi bona.
Cui plus licet, quam par eſt, plus vult, quam licet.
Cui ſemper dederis, vbi negas, rapere imperas.
Cuiuis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt.
Cuiuis dolori remedium eſt patientia.
Cum ames, non ſapias; aut cum ſapias, non ames.
Cum das auaro praemium, vt noceat, rogas.
Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.
Cum vitia proſunt, peccat, qui recte facit.

Damnare eſt obiurgare, cum auxilio eſt opus.
Damnati lingua vocem habet, vim non habet.
Damnum adpellandum eſt cum mala fama lucrum.
Damnum, niſi ex abundantia, raro venit.
Dari bonum, quod potuit, auferri poteſt.
Didicere flere feminae in mendacium.
De inimico ne loquaris male, ſed cogites.
Deliberando diſcitur ſapientia.
Deliberando ſaepe perit occaſio.
Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.
Deliberare vtilia, mora tutiſſima eſt.
Demens eſt, quisquis praeſtat errori fidem.
Deos ridere credo, cum felix vocat.
Deſpicere oportet, quod poſſis deperdere.
Dies quod donat, timeas; cito raptum venit.
Diues quod donat, timeas; cito raptum venit.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dimiſſum quod neſcitur, non amittitur.
Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.
Diſcordia fit carior concordia.
Diſcute, quod audias, omne; quod credas, proba.
Diu adparandum eſt bellum, vt vincas celerius.
Dolor animi grauior eſt, quam corporis dolor.

Dolor decrescit, vbi, quo crescat, non habet.
Ducis in consilio posita est virtus militum.
Dulce etiam fugias, quod fieri amarum potest.
Dum vita grata est, mortis conditio optima est.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.
Eget minus mortalis, quo minus cupit.
Eheu quam miserum est, fieri metuendo senem.
Eodem animo beneficium debetur, quo datur.
Eripere telum, non dare irato, decet.
Est cupiditati et ipsa tarda celeritas.
Est socia mortis homini vita ingloria.
Est turba semper argumentum pessimi.
Et calamitas virtutis est occasio.
Et deest et superat miseris cogitatio.
Etiam bonum saepius obest adsuescere.
Etiam capillus vnus habet vmbram suam.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Etiam hosti est aequus, qui habet in consilio fidem.
Etiam innocentes cogit mentiri dolor.
Etiam in peccato recte praestatur fides.
Etiam obliuisci, quid sis, interdum expedit.
Etiam obliuisci quod scis, interdum expedit.
Etiam qui faciunt, oderunt iniuriam.
Etiam sanato vulnere cicatrix manet.
Etiam tyrannus vix precario imperat.
Et miseriarum portus est patientia.
Excelsis multo facilius casus nocet.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Ex hominum quaestu facta Fortuna est dea.
Exilium patitur, patriae qui se denegat.
Ex lite multa gratia fit formosior.
Ex praemii spe laboris fit solatium.
Extrema semper de ante factis iudicant.
Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Facilitas animi ad partem stultitiae rapit.
Facilius crescit, quam inchoatur dignitas.

Facit

Facit gratum Fortuna, quem nemo videt.
Factum tacendo, crimen facias acrius.
Falſum maledictum, maleuolum mendacium eſt.
Famam curant multi, pauci conſcientiam.
Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.
Felicitas nutrix eſt iracundiae.
Felicitas infelici innocentia eſt.
Felix improbitas optimorum eſt calamitas.
Fer difficilia, facilia leuius perferes.
Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.
Feras quod laedit, vt et id, quod prodeſt, feras.
Ficta cito ad naturam reciderint ſuam.
Fidem nemo vmquam perdit, niſi qui non habet.
Fidem qui perdit, perdere vltra nil poteſt.
Fidem qui perdit, quo ſe ſeruat relliquo?
Fides, vt anima, vnde abiit, eo numquam redit.
Formoſa facies, muta commendatio eſt.
Fortuna cum blanditur, captatum venit.
Fortuna plus homini, quam conſilium, valet.
Fortuna ius in hominis mores non habet.
Fortuna magna, magna domino eſt ſeruitus.
Fortuna nulli plus, quam conſilium, valet.
Fortunam citius reperias, quam retineas.
Fortuna, nimium quem fouet, ſtultum facit.
Fortuna nos vincit, niſi tota vincitur.
Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.
Fortuna quo ſe, eodem et inclinat fauor.
Fortuna vitrea eſt, tum, cum ſplendet, frangitur.
Fortuna vnde aliquid fregit, caſſum penitus eſt.
Fortuna vſu dat multa, mancipio nihil.
Fraus eſt accipere, quod non poſſis reddere.
Frequens vindicta, paucorum odium reprimit.
Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.
Fruſtra rogatur, qui miſereri non poteſt.
Furor fit laeſa ſaepius patientia.
Futura pugnant, ne ſe ſuperari ſinant.

Geminat peccatum, quem delicti non pudet.

Gemi-

Gemitus dolores indicat, non vindicat.
Graue crimen, etiam cum leniter dictum eſt, nocet.
Graue iudicium eſt, quod praeiudicium non habet.
Graue praeiudicium eſt, quod iudicium non habet.
Grauis animi poena eſt, quem poſt facti poenitet.
Grauis animus dubiam non habet ſententiam.
Grauior eſt inimicus, qui latet in pectore.
Grauiora quaedam ſunt remedia periculis.
Grauiſſima eſt probi hominis iracundia.
Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis.
Grauius malum omne eſt, quod ſub adſpectu latet.
Grauius nocet, quodcunque inexpertum accidit.

Habent locum maledicti crebrae nuptiae.
Habet ſuum venenum blanda oratio.
Heredem ferre honeſtius eſt, quam quaerere.
Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Heu quam conſcientia, animi grauis eſt ſeruitus!
Heu quam miſer eſt, qui in tormento vocem haud habet!
Heu quam difficilis gloriae cuſtodia eſt!
Heu quam eſt timendus, qui mori tutum putat!
Hominem etiam frugi flectit ſaepe occaſio.
Hominem experiri multa, paupertas iubet.
Homini conſilium tunc deeſt, cum multa inuenit.
Homo extra corpus eſt ſuum, cum iraſcitur.
Homo ne ſit ſine dolore, fortunam inuenit.
Homo ſemper in os fert aliud, aliud cogitat.
Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.
Homo vitae commodatus, non donatus eſt.
Honeſta lex eſt temporis, neceſſitas.
Honeſte parcas improbo, vt parcas probo.
Honeſte ſeruit, qui ſuccumbit tempori.
Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.
Honos honeſtum decorat, inhoneſtum notat.
Humanitatis optima eſt certatio.

Iacet omnis virtus, fama niſi late patet.
Ibi ſemper eſt victoria, vbi concordia eſt.
Ibi pote valere populus, vbi leges valent.

Id agas, tuo te merito ne quis oderit.
Ignis suum calorem etiam in ferro tenet.
Ignis probat aurum, miseriae fortem probant.
Ignoscere hominum est, vbi pudet, cui ignoscitur.
Ignoscere hominum est, nisi pudet, cui ignoscitur.
Ignoscito saepe alteri, numquam tibi.
Illo nocens se damnat, quo peccat die.
Imperium habere vis magnum? impera tibi.
Imprudens peccat, quem post facti poenitet.
Impune in eum pecces, qui peccat rarior.
In amore semper mendax iracundia est.
In amore forma plus valet, quam auctoritas.
In amore semper caussa damni quaeritur.
In calamitoso risus etiam iniuria est.
Incertus animus remedium est sapientiae.
Inertia iudicatur, cum fugitur labor.
Inertia est laboris excusatio.
Infelici innocentia est felicitas.
Inferior rescit, quidquid peccat superior.
Infirmi animi est, non posse diuitias pati.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Ingenuitatem laedis, cum indignum rogas.
Ingenuus animus non fert vocis verbera.
Ingrata sunt beneficia, queîs comes metus.
Ingratus vnus omnibus miseris nocet.
Inimici ad animum nullae conueniunt preces.
Inimico exstincto, exitium lacrimae non habent.
Inimicum, quamuis humilem, docti metuere est.
Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram.
In iudicando criminosa est celeritas.
Iniuriam aures, quam oculi, facilius ferunt.
Iniuriam facilius facias, quam feras.
Iniuriam ipse facias, vbi non vindices.
Iniuriarum remedium est obliuio.
In miseri vitia nulla contumelia est.
In misero facile fit potens iniuria.
In nullum auarus bonus est; in se pessimus.

Inopiae deſunt pauca, auaritiae omnia.
Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.
In rebus dubiis plurima eſt audacia.
Inſanus omnis furere credit caeteros.
Inopia inſtructa eſt, in diuitiis cupiditas.
Intellige ecquae ſint, vt et bene agas, bona.
In turpi re peccare, bis delinquere eſt.
In Venere ſemper certat dolor et gaudium.
In Venere ſemper dulcis eſt dementia.
Inuidia loquitur id, quod obeſt, non quod ſubeſt.
Inuidiam ferre aut fortis aut felix poteſt.
Inuidia tacite, ſed inimice iraſcitur.
Inuitat culpam, qui delictum praeterit.
Inuitum cum retineas, exire incitas.
Iratum breuiter vites, inimicum diu.
Iratus cum ad ſe redit, ſibi tum iraſcitur.
Iratus etiam facinus conſilium putat.
Iratus nil non criminis loquitur loco.
Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
Ita amicum habeas, poſſe inimicum fieri vt putes.
Iter eſt, quacumque dat prior veſtigium.
Iucunda macula eſt ex inimici ſanguine.
Iucundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas.
Iudex damnatur, cum nocens abſoluitur.
Ius omne ſupra omnem poſitum eſt iniuriam.

Laeſo doloris remedium, inimici dolor.
Lapſus ſemel, fit culpa, ſi iterum cecideris.
Laſciuia et laus numquam habent concordiam.
Late lucere ignis, vt nihil vrat, poteſt.
Laus noua niſi oritur, etiam vetus amittitur.
Legem nocens veretur, Fortunam innocens.
Legem ſolet obliuiſcier iracundia.
Leuis eſt Fortuna; cito repoſcit, quod dedit.
Lex videt iratum, iratus legem non videt.
Lex vniuerſi eſt, quae iubet naſci et mori.
Libido cunctos etiam ſub vultu domat.

Libido,

Libido, non iudicium est, quod leuitas sapit.
Licentiam des linguae, cum verum petas.
Locis remotis qui latet, lex est sibi.
Loco ignominiae est apud indignum dignitas.
Longinquum est omne, quod cupiditas flagitat.
Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Luxuriae desunt multa, auaritiae omnia.

Mage fidus heres nascitur, quam scribitur.
Mage valet, qui nescit, calamitas quid valet.
Magnam fortunam magnus etiam animus decet.
Magnanimo iniuriae remedium obliuio est.
Magnum crimen secum adfert indignatio.
Mala caussa est, quae requirit misericordiam.
Malae naturae numquam doctore indigent.
Mala est medicina, vbi aliquid naturae perit.
Mala est voluptas ad alienum consuescere.
Mala mors necessitatis contumelia est.
Malam rem cum velis, honestatem improbes.
Maledictum interpretando facias acrius.
Male facere qui vult, nunquam non caussam inuenit.
Male facere qui vult, nusquam non caussam inuenit.
Male geritur, quidquid geritur Fortunae fide.
Male imperando summum imperium amittitur.
Male secum agit aeger, medicum qui heredem facit.
Male vincit is, quem poenitet victoriae.
Male viuet, quisquis nesciet mori bene.
Male viuunt, qui se semper victuros putant.
Maleuolus animus abditos dentes habet.
Maleuolus semper sua natura vescitur.
Malignos fieri maxime ingrati docent.
Malitia vnius cito fit maledictum omnium.
Malitia, vt peior veniat, se simulat bonam.
Malo in consilio feminae vincunt viros.
Malo etiam parcas, si vna est periturus bonus.
Malum alienum ne feceris tuum gaudium.
Malum consilium consultori pessimum est.
Malum est consilium, quod mutari non potest.

Malus animus in ſecreto peius cogitat.
Malus bonum ad ſe numquam conſilium refert.
Malus bonum vbi ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus.
Malus eſt vocandus, qui ſua cauſſa eſt bonus.
Malus etſi obeſſe non pote, tamen cogitat.
Malus quicumque in poena eſt, praeſidium eſt bonis.
Manifeſta cauſſa ſecum habet ſententiam.
Manſueta tutiora ſunt; ſed ſeruiunt.
Medicina calamitatis eſt aequanimitas.
Medicina ſola miſeriarum, obliuio.
Meretrix eſt inſtrumentum contumeliae.
Metuendum ſemper eſt ei, quod tutum velis.
Metum reſpicere non ſolet, quidquid iuuat.
Metus improbos compeſcit, non clementia.
Metus cum venit, rarum habet ſomnus locum.
Minimum eripit Fortuna, cum minimum dedit.
Minus decipitur, cui negatur celeriter.
Minus eſt quam ſeruus, dominus, qui ſeruos timet.
Minus ſaepe pecces, ſi ſcias, quid neſcias.
Miſera eſt voluptas, vbi pericli memoria eſt.
Miſer dici bonus vir, eſſe non poteſt.
Miſeri eſt neſcire, ſine periculo viuere.
Miſeriam neſcire, ſine periclo eſt viuere.
Miſericors ciuis, patriae eſt conſolatio.
Miſerrima eſt fortuna, quae inimicos latet.
Miſerrima eſt fortuna, quae inimico caret.
Miſerrimum eſt arbitrio alterius viuere.
Miſerum eſt, tacere cogi, quod cupias loqui.
Miſerum te iudico, quod numquam fueris miſer.
Mora cogitationis diligentia eſt.
Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.
Mori eſt felicis, antequam mortem inuocet.
Mori neceſſe eſt, ſed non quoties volueris.
Mortem timere crudelius eſt, quam mori.
Mortem vbi contemnas, omnes viceris metus.
Muliebris lacrima condimentum malitiae eſt.
Mulier cum ſola cogitat, male cogitat.

Mulier, quae multis nubit, multis non placet.
Multa ignoſcendo fit potens potentior.
Multis minatur, qui vni facit, iniuriam.
Multis placere quae cupit, culpam capit.
Multorum calamitate vir moritur bonus.
Multa ante tempus, quam virum inuenias bonum.
Multos timere debet, quem multi timent.
Muneribus, non lacrimis, meretrix eſt miſericors.
Mutat ſe bonitas, irritata iniuria.

Naturam abſcondit, cum recte improbus facit.
Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.
Neceſſitas ab homine, quae vult, impetrat.
Neceſſitas dat legem, non ipſa accipit.
Neceſſitas egentem, mendacem facit.
Neceſſitas quam pertinax regnum tenet!
Neceſſitas quod celat, fruſtra quaeritur.
Neceſſitas quod poſcit, niſi das, eripit.
Neceſſitatem ferre, non flere addecet.
Neceſſitati quodlibet telum vtile eſt.
Neceſſitati ſapiens nihil vmquam negat.
Neceſſitatis eſt remedium parcitas.
Nec mortem effugere quiſquam, nec amorem poteſt.
Nec vita nec fortuna hominibus perpes eſt.
Negandi cauſſa auaro numquam deficit.
Negata eſt magnis ſceleribus ſemper fides.
Negat ſibi ipſe, qui, quod difficile eſt, petit.
Nemo, qui coepit ex ſe, riſum praebuit.
Nemo immature moritur, qui moritur miſer.
Nemo ita pauper viuit, quam pauper natus eſt.
Nemo timendo ad ſummum peruenit locum.
Nequitia, poena maxima ipſamet ſui eſt.
Neſcio quid cogitat, cum bonum imitatur malus.
Nil agere ſemper infelici eſt optimum.
Nil aliud ſcit neceſſitas, quam vincere.
Nil eripit Fortuna, niſi quod et dedit.
Nil eſt miſerius, quam vbi pudet, quod feceris.
Nil magis amat cupiditas, quam quod non licet.

Nil non acerbum prius, quam maturum, fuit.
Nil non aut lenit, aut domat diuturnitas.
Nil peccent oculi, ſi oculis animus imperet.
Nil poſſe quemquam, mortuum hoc eſt viuere.
Nil proprium ducas, quod mutari poteſt.
Nil turpe ducas pro ſalutis remedio.
Nil turpius, quam viuere incipiens ſenex.
Nimium altercando veritas amittitur.
Nimium eſt in morte boni, ſi nil ineſt mali.
Niſi per te ſapias, fruſtra ſapientem audias.
Niſi qui ſcit facere, inſidias neſcit metuere.
Niſi vindices delicta, improbitatem adiuues.
Nocens precatur, innocens iraſcitur.
Nocentem qui defendit, ſibi crimen parit.
Nocere caſus non ſolet conſtantiae.
Nocere poſſe et nolle, laus ampliſſima eſt.
Noli contemnere ea, quae ſummos ſubleuant.
Non cito ruina perit is, qui rimam timet.
Non corrigit, ſed laedit, qui inuitum regit.
Non eſt bonitas, eſſe meliorem peſſimo.
Non eſt puſillum, ſi quid maximo eſt minus.
Non eſt cicatrix turpis, quam virtus parit.
Non eſt tuum, Fortuna quod fecit tuum.
Non facile de innocente crimen fingitur.
Non facile ſolus ſerues, quod multis placet.
Non nouit virtus calamitati cedere.
Non pote non ſapere, qui ſe ſtultum intelligit.
Nen quam multis placeas, ſed qualibus, ſtude.
Non ſemper aurem facilem habet felicitas.
Non vincitur, ſed vincit, qui cedit ſuis.
Nulla hominum maior poena eſt, quam infelicitas.
Nulli facilius, quam malo inuenies parem.
Nulli impones, quod ipſe ferre non queas.
Nullo in loco male audit miſericordia.
Nullum ſine teſte putaueris ſuo locum.
Nullum ſine auctoramento eſt magnum malum.
Nullus ſapientum proditori credidit.

Num-

Numquam facilius culpa, quam in turba, latet.
Numquam non miser est, qui quod timeat, cogitat.
Numquam periclum sine periclo vincitur.
Numquam satis est, quod improbae spei datur.
Numquam secura est praua conscientia.
Numquam vbi diu fuit ignis, deficit vapor.

Obsequium nuptae, cito fit odium pellicis.
Occasio aegre offertur, facile amittitur.
Occasio receptus difficiles habet.
Occidi pulchrum, vbi cum ignominia seruias.
Odia, alia sub vultu, alia sub osculo latent.
Officium beneuoli animi, finem non habet.
Omnes aequo animo parent, digni vbi imperant.
Omne vitium semper habet patrocinium suum.
Omnis dies velut vltimus ordinandus est.
Omnis voluptas, quemcunque arrisit, nocet.
O pessimum periculum, quod opertum latet!
O tacitum tormentum animi conscientia!
O vita misero longa, felici breuis!

Paratae lacrimae insidias, non fletum indicant.
Parens iratus, in se est crudelissimus.
Parere scire, par imperio gloria est.
Pars beneficii est; quod petitur, si belle neges.
Pars beneficii est; quod petitur, si cito neges.
Paruo fames constat, magno fastidium.
Patiendo multa veniunt, quae nequeas pati.
Patiens et fortis seipsum felicem facit.
Patiens in adue sis numquam est felicitas.
Patientia animi diuitias occultas habet.
Patria sua est, vbicunque vixeris bene.
Paucorum est intelligere, quid cui det Deus.
Paucorum improbitas, vniuersis calamitas.
Peccare pauci nolunt, nulli nesciunt.
Peccatum amici, velut tuum, recte putes.
Peccatum extenuat, qui celeriter corrigit.
Pecuniae oportet imperes, non seruias.

Pecunia vna regimen rerum est omnium.
Peiora multa cogitat mutus dolor.
Perdendi finem nemo, nisi egestas, facit.
Perdit, non donat, qui donat, nisi est memor.
Perenne coniugium, animus, non corpus, facit.
Pereundi scire tempus, adsidue est mori.
Perfacile felix, quod vota impetrant, facit.
Perfugere ad inferiorem, seipsum est tradere.
Pericula qui audet, ante vincit, quam accipit.
Pericula timidus, etiam quae non sunt, videt.
Perpetuo vincit, qui vtitur clementia.
Per quae sis tutus, illa semper cogites.
Plerique metu boni, non innocentia.
Plures tegit Fortuna, quam tutos facit.
Plus est, quam poena, iniuriae succumbere.
Plus est, quam poena, sine re miserum viuere.
Poena ad malum serpens, vt proterat, venit.
Poena adleuatur tunc, vbi laxatur dolor.
Poenam moratur improbus, non praeterit.
Populi est mancipium, quisquis patriae est vtilis.
Post calamitatem memoria, alia est calamitas.
Potens misericors, publica est felicitas.
Potenti irasci, sibi periculum est quaerere.
Potest non esse honestum, quod non liberum est.
Praesens est semper, qui absens etiam vlciscitur.
Prius negare; post fecisse; fallere est.
Probo bona fama, maxima est hereditas.
Probi delicta iudex legens deterit.
Probo beneficium qui dat, ex parte accipit.
Probus libertus, sine natura est filius.
Prodesse qui vult, nec potest, aeque est miser.
Prodest, quicunque obesse non vult, cum potest.
Pro dominis peccare, etiam virtutis loco est.
Pro medicina dolor est, dolorem qui necat.
Prope est, libens vt damnet, qui damnat cito.
Prope est, non aeque vt damnet, qui damnat nimis.
Properare in iudicando, est crimen quaerere.

Profpicere in pace oportet, quid bellum iuuet.
Prudenti ftultus etiam fermonis iocus eft.
Pudor dimiffus numquam redit in gratiam.
Pudor doceri non poteft, nafci poteft.
Pudorem alienum qui eripit, perdit fuum.
Pudorem habere, feruitus quodammodo eft.
Pudor quemcumque non flectit, frangat timor.
Pulchrum eft praeftare cuncta, nihil exigere.
Pupillus eft auarus aetatis breuis.
Puras Deus, non plenas adfpicit manus.

Quae vult videri bella nimis, nulli negat.
Quam felix vita, quae fine negotiis tranfiit!
Quam magnum eft, non laudari, et effe laudabilem!
Quam malus eft, culpam qui fuam alterius facit!
Quam mifer eft, cui ingrata mifericordia eft!
Quam mifer eft, qui excufare fibi fe non poteft!
Quam miferum auxilium eft, vbi nocet, quod fuftinet!
Quam miferum eft, bene quod feceris, factum queri!
Quam miferum eft, cogi opprimere, quem faluum velis!
Quam miferum eft, cum fe renouat confumtum malum!
Quam miferum eft id, quod pauci habent, amittere!
Quam miferum eft mortem cupere, nec poffe emori!
Quam miferum officium eft, quod fucceffum non habet!
Quam miferum eft, vbi confilium cafu vincitur!
Quam miferum eft, vbi te captant, qui defenderint!
Quam poenitenda incurrunt viuenti diu!
Quam faepe veniam, qui negauerat, petit!
Quam timidus is eft paupertatem qui timet!
Quamuis acerbus, qui monet, nulli nocet.
Quamuis non rectum; quod iuuat, rectum putes.
Quemcunque quaerit calamitas, facile inuenit.
Quem diligas, etiam queri de ipfo malum eft.
Quem fama femel oppreffit, vix reftituitur.
Qui aequo malis animo mifcetur, eft malus.
Qui bene diffimulat, citius inimico nocet.
Quidquid bono concedis, das partem tibi.
Quidquid conaris, quo peruenias, cogites.

Quidquid fit cum virtute, fit cum gloria.
Quidquid Fortuna exornat, cito contemnitur.
Quidquid futurum est summum, ab imo nascitur.
Quidquid nocere didicit, meminit, cum potest.
Qui, cum dolet, blanditur, post tempus sapit.
Quidam inimici graues, amici sunt leues.
Qui debet, limen creditoris non amat.
Quid est beneficium dare? imitari Deum.
Qui docte seruit, partem dominatus tenet.
Quid quisque possit, nisi tentato nesciit.
Quid ipse sis, non quid habearis, interest.
Quid tibi pecunia opus est, si ea vti non potes?
Quieta vita iis, qui tollunt, Meum, Tuum.
Qui spectat, vt rogetur, officium leuat.
Qui in vero dubitat, male agit, cum deliberat.
Qui inuitus seruit, fit miser, seruit tamen.
Qui iusiurandum seruat, quouis peruenit.
Qui metuit calamitatem, rarius accipit.
Qui timet insidias omnes, nullas incidit.
Qui pote celare vitium, vitium non facit.
Qui pote consilium fugere, sapere idem potest.
Qui pote nocere, timetur, cum etiam non adest.
Qui pote nocere, timetur, cum etiam non nocet.
Qui pote transferre amorem, pote deponere.
Qui pro innocente dicit, satis est eloquens.
Qui se ipsum laudat, cito derisorem inuenit.
Quis pauper est? diues videtur qui sibi.
Qui sibi non viuit, merito aliis est mortuus.
Quis miserum sciret, verba nisi haberet dolor.
Quis plurimum habet? is qui omnium minimum cupit.
Qui timet amicum, amicus vt timeat, docet.
Qui timet amicum, vim non nouit nominis.
Qui venit, vt noceat, semper meditatus venit.
Qui dubitat vlcisci, improbos plures facit.
Qui culpae ignoscit vni, suadet pluribus.
Quo cauet is, cum animus aliud, verba aliud petunt?
Quod aetas vitium posuit, aetas auferet.

Quodcunque animus sibi imperauit, obtinet.
Quod est timendum; decipit, si negligas.
Quod facere turpe est, dicere honestum ne puta.
Quod fugere credas, saepe solet occurrere.
Quod nescias, cui serues, stultum est parcere.
Quod nescias, damnare, summa est temeritas.
Quod periit, quaeri pote, reprendi non pote.
Quod quisque amat, laudando commendat sibi.
Quod semper est paratum, non semper iuuat.
Quod senior loquitur, omnes consilium putant.
Quod timeas, citius, quam quod speres, euenit.
Quod vitiosum est, quo animo facias, nihil interest.
Quod vix contingit, vix voluptatem parit.
Quod vult, cupiditas cogitat, non quod decet.
Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest.
Quotidie damnatur, qui semper timet.
Quotidie est deterior posterior dies.

Rapere est accipere, quod non possis reddere.
Rapere est, non petere, quidquid inuito auferas.
Rarum esse oportet, quod diu carum velis.
Ratione, non vi, vincenda adolescentia est.
Refert, quam quis bene viuat; quam diu, non refert.
Regnat, non loquitur, qui nil, nisi quod vult, facit.
Rei nulli prodest mora, nisi iracundiae.
Remedium, fraus est, contra flumen quaerere.
Repelli se homo, facilius fert, quam decipi.
Repente diues, nemo factus est bonus.
Res inquieta est in seipsam, felicitas.
Respicere nil consueuit iracundia.
Res quanto est maior, tanto est insidiosior.
Reuertere, vnde veneris, nihil graue est.
Reus innocens Fortunam, non testem timet.
Rex esse nolim, vt esse crudelis velim.
Riualitatem non amat victoria.
Rogare ingenuo seruitus quodammodo est.
Roganti melius, quam imperanti, pareas.
Ruborem amico excutere, amicum est perdere.

Saepe oculi et aures vulgi sunt testes mali.
Saepe ignoscendo das iniuriae locum.
Salutis caussa bene fit homini iniuria.
Sanctissimum est, meminisse, cui te debeas.
Sapiens contra omnes arma fert, cum cogitat.
Sapiens, quod petitur, vbi tacet, breuiter negat.
Satis est beatus, qui potest, cum vult, mori.
Sat magna vsura est pro beneficio memoria.
Secrete amicos admone, lauda palam.
Secunda in paupertate fortuna est fides.
Secundus est a matre nutricis dolor.
Se damnat iudex, innocentem qui opprimit.
Seditio ciuium, hostium est occasio.
Semper beatam se putat benignitas.
Semper consilium tunc deest, cum opus maxime est.
Semper metuendo sapiens euitat malum.
Semper metuendum, quidquid irasci potest.
Semper plus metuit animus ignotum malum.
Semper redundat ipse in auctores timor.
Sensus non aetas inuenit sapientiam.
Se posse plus iratus, quam possit, putat.
Sero est in periculis consilium quaerere.
Sibiipsi improbitas cogit fieri iniuriam.
Sibiipsi dat supplicium, quem admissi pudet.
Sibi primum auxilium eripere, est leges tollere.
Si nil velis timere, metuas omnia.
Socius fit culpae, qui nocentem subleuat.
Solatium grande est cum vniuerso vna rapi.
Solet esse in dubiis, pro consilio, temeritas.
Solet hora, quod multi anni abstulerint, reddere.
Solet sequi laus, cum viam fecit labor.
Sordidius multo viuimus, quam nascimur.
Spes est salutis, vbi hominem obiurgat pudor.
Spes inopem, res auarum, mors miserum leuat.
Spina etiam grata est, ex qua spectatur rosa.
Stultitia est insectari, quem omnes diligunt.
Stultitiae partem interdum habet felicitas.

Stulti

Stulti timent fortunam, sapientes ferunt.
Stultum est, alium velle vlcisci poena sua.
Stultum est, queri de aduersis, vbi culpa est tua.
Stultum est, timere, quod vitari non potest.
Stultum est, vicinum velle vlcisci incendio.
Stultum facit fortuna, quem vult perdere.
Stultum, imperare reliquis, qui nescit sibi.
Suadere beneuoli est primum, dein corrigere.
Submittit se, quae se erigit, felicitas.
Suis qui nescit parcere, inimicis fauet.
Summissum imperium non tenet vires suas.
Suspecta semper ornamenta ementibus.
Suspicio sibi ipsa riuales parit.
Suum sequitur lumen semper innocentia.

Tacere nescit idem, qui nescit loqui.
Taciturnitas stulto homini pro sapientia est.
Tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet.
Tamdiu discendum est homini, quam diu nesciat.
Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.
Tormentum o dulce, aequo vbi reprimitur gaudium!
Turpis inopia est, quae nascitur de gloria.
Tuta est iactura, quae fit negligentia.
Tutissima res timere nihil, praeter Deum.

Vbi coepit pauper diuitem imitari, perit.
Vbicunque pudor est, semper ibi sancta est fides.
Vbi fata peccant, hominum consilia excidunt.
Vbi innocens formidat, damnat iudicem.
Vbi maxime gaudebis, metues maxime.
Vbi omnis vita metus est, mors est optima.
Vbi peccat aetas maior, male discit minor.
Vbi timetur nil, quod timetur, nascitur.
Velox consilium sequitur poenitentia.
Verbum omne, refert, in quam partem intelligas.
Verum est, quod pro salute fit mendacium.
Verum cur non audimus? quia non dicimus.
Veterem ferendo iniuriam, inuites nouam.

Veterem ferendo iniuriam, vites nouam.
Viri boni est, nescire facere iniuriam.
Virum bonum natura, non ordo facit.
Virtute quod non possis, blanditia auferas.
Virtuti amorem nemo honeste denegat.
Virtuti melius, quam Fortunae, creditur.
Virtutis spolia cum videt, gaudet labor.
Virtutis vultus partem habet victoriae.
Vis omnibus esse notus? nôris neminem.
Vitium fuit, nunc mos est assentatio.
Vix quisquam transit in bonum, nisi ex malo.
Vlcera animi sananda magis, quam corporis.
Vnus dies poenam adfert, multi cogitant.
Voluntas quem pudicum, non corpus, facit.
Voluptas e difficili data dulcissima est.
Voluptas tacita, mage metus, quam gaudium est.
Vtrumque casum adspicere debet, qui imperat.
Vultu, an natura, sis sapiens, multum interest.

TROCHAICI, *vel quasi.*

Aleator, quanto in arte est melior, tanto est nequior.
Cui quid vindicandum est, omnis optima est occasio.
Conscientia amici nullius linguae inuenit preces.
Contumeliam nec ingenuus fert, nec fortis facit.
Cuius mortem amici exspectant, vitam ciues oderunt.
Difficile est dolori conuenire cum sapientia.
Dixeris maledicta cuncta, cum hominem ingratum dixeris.
Duplex fit bonitas, si simul accesserit celeritas.
Esse necesse est vitia minima maximorum maxima.
Est beneficium eo carere, quod inuitus possides.
Est honesta turpitudo pro bona caussa mori.
Expetit poenas iratus ab alio; a seipso exigit.
Exul is, cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.
Felix est, non qui videtur esse aliis, sed qui sibi.
Feminarum curam gerere, desperare est otium.
Fortior est, qui cupiditates suas, quam qui hostes subiicit.

Frustra

Fruſtra cum eſt ventum ad ſenectam, repetas adoleſcentiam.
Fulmen eſt, vbi cum poteſtate habitat iracundia.
Habet in aduerſis auxilia, qui in ſecundis commodat.
Heu dolor quam miſer eſt, qui in tormentis vocem non habet!
Heu quam miſerum eſt diſcere ſeruire, vbi dominari doctus es!
Heu quam miſerum eſt, ab eo laedi, de quo non auſis queri!
Heu quam multa poenitenda incurrunt viuentes diu!
Homo, qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.
Homo ſemper aliud fert in ſe; in alterum aliud cogitat.
Improbe Neptunum adcuſat, qui iterum naufragium facit.
In malis ſperare bonum niſi innocens, nemo ſolet.
Inter amicos iudicatur, quam inimicos moleſtius.
Ipſae amicos res opimae pariunt, aduerſae probant.
Iracundiam qui vincit, ſuperat hoſtem maximum.
Irritare eſt calamitatem, cum te felicem vocas.
Ita habeas amicum, poſſe vt fieri inimicum putes.
Mage cauenda eſt amicorum inuidia, quam inſidiae hoſtium.
Maximo periclo cuſtoditur, quod multis placet.
Minime amicus ſum, fortunae particeps niſi ſim tuae.
Mors infanti felix, iuueni acerba, ſera nimis ſeni.
Mortuo munus qui mittit, nil dat illi, adimit ſibi.
Nae virtutibus multis abundat, qui alienas amat!
Neminem nec adcuſaueris, nec laudaueris cito.
Neſcias, quid optes, aut quid fugias; ita ludit dies.
Neſcit is nocere, qui nocere velle perdidit.
Ni gradus ſeruetur, nulli tutus eſt ſummus locus.
Nil prodeſt bene didiciſſe, facere ſi ceſſes bene.
Nil rationis eſt, vbi res ſemel in adfectum venit.
Nondum felix es, ſi nondum turba te deriſerit.
Non aliter viues in ſolitudine, aliter in foro.
Nulla, quae multos amicos recipit, anguſta eſt domus.
Nulla tam bona eſt fortuna, de qua nil poſſis queri.
Nusquam melius morimur homines, quam vbi libenter viximus.
Obiurgare in calamitate, grauius eſt, quam calamitas.
Odio oportet vt peccandi facias, non metu, bonum.
Omnes, vitam differentes, mors incerta praeuenit.
Optime poſitum eſt beneficium, vbi eius meminit, qui accipit.

Optimum eſt ſequi maiores, recte ſi praeceſſerint.
Pecunia eſt ancilla, ſi ſcis vti; ſi neſcis, domina eſt.
Plerique vbi aliis maledicunt, faciunt conuicium ſibi.
Principium eſt diſcordiae, ex communi facere proprium.
Proximum tenet locum confeſſio innocentiae.
Quanto ſerius peccatur, tanto incipitur turpius.
Quem bono tenere non potueris, hunc teneas malo.
Quidquid eſt plus, quam neceſſe, poſſidentes deprimit.
Quid refert, quantum habeas? multo illud plus eſt, quod non habes.
Regibus peius eſt multo, quam ipſis ſeruientibus.
Res bona eſt, non exſtirpare ſceleratos, ſed ſcelera.
Ridiculum eſt, odio nocentis perdere innocentiam.
Saepe diſſimulare, quam vel vlciſci, ſatius fuit.
Saepius locutum, numquam, me tacuiſſe, poenitet.
Semper vocis et ſilentii temperamentum tene.
Sermo animi eſt imago: qualis vir, talis et oratio eſt.
Si multis tua vita placuerit, tibi placere non poteſt.
Sine dolore eſt vulnus, quod ferendum cum victoria.
Si pares inuitus, ſeruus es; miniſter, ſi volens.
Solitudinem quaerat, qui vult cum innocentibus viuere.
Tam crudelitas eſt omnibus, atque nulli ignoſcere.
Tam deeſt, quod habet, auaro; quam miſero, quod non habet.
Theſaurum in ſepulchro ponit, qui ſenem heredem facit.
Tolerabilior, qui mori iubet, quam qui male viuere.
Tolerabilior poena, haud poſſe, quam neſcire viuere.
Tuta ſaepe, numquam ſecura, mala conſcientia eſt.
Vbi ſis cum tuis, et abſis patria, eam deſideres.
Vita hominis breuis: ideo honeſta mors, eſt immortalitas.

INDEX IN PVBLII SYRI (ET ALIORVM QVORVMDAM) SENTENTIAS.

A

A morte abeſſe, v. 1.
Ab alio ſpectare aliquid, 2.
Abditi dentes, 384.
Abeſſe, 1. 859.
Abire, 224.
Abſcondere, 440.
Abſens, 565. (i. e. ebrius) 4.
Abſoluere, 344.
Abundantia, 153.
Abundare, 817.
Accedere, 787.
Accidere, 144. 257.
Accipere, 25. 71. 72. 239. 443. 549. 569. 669. 832. accipere calamitatem, 632. vitam alteram, 311.
Acerbus, 468. 606. 815.
Acrior vxoris amator, 8. acrius, 210. 375.
Adcommodare obſequium, 85.
Adcuſare, 805. 818.
Addecet, 448.
Adeſſe, 637.
Adfectus, 823.
Adferre, 368. 774.
Adimere, 816.
Adiuuare, 479.
Adleuare, 558.
Admiſſum, 712.
Admonere, 697.
Adoleſcentia, 672. 796.
Adparare bellum, 171.
Adpetere, 135.
Adſentatio, 771.
Adſidue mori, 546.
Adſpectus, 256.
Adſpicere, 53. 587. 778. fugienda, 104.
Adſueſcere bonum, 187.
Aduerſa (res) 138. *et plur.* 532. 728. 798. 808.
Adulter, 8.
Aeger, 380. aeger intemperans, 136. aeger animus, 45.
Aegre, 512.
Aequanimitas, 402.
Aeque, 571. 576.
Aequus, 23. 190. aequum, 745. aequo animo, 517. 611.
Aes leue, *et* graue, 9. alienum, 12.

Aetas, 10. 586. 651. 708. 755.

Agere, 111. 283. agere bene, 325.

Agere male, 629. fecum, 380.

Agitando ardefcere, 18.

Aleator, 780.

Alienus, 817. alienum placet, 10. alienum aes, 12. alienum, quidquid optando euenit, 13. alienum malum, 104. ad alienum confuefcere, 372. alienum malum, 391. alienus pudor, 582.

Aliquando, 114.

Aliquis, 93. aliquid, 237.

Aliter, 23. 825.

Alius, 2. 111. 271. 650. 727. 791. 793. 804. 835.

Alter, 2. 14. 65. 82. 206. 277. 288. 420. 591. 804.

Altercari, 475.

Amare, 23. 63. 123. 146. 467. 621. 659. 685. 817. amans, 3. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 123.

Amarum, 175.

Amator vxoris, 8.

Amicitia, 25. 26. 27.

Amicus, 24. 28 -- 33. 339. 340. 538. 620. 645. 646. 688. 697. 782. 784. 807. 808. 811. 812. 814. 826.

Amittere, 167. 272. 379. 475. 512. 598.

Amor, 22. 26. 34 -- 39. 41. 293. 294. 295. 452. 638. 766.

Amplifſimus, 483.

An, 31. 779.

Ancilla, 834.

Angufta menfa, 40. domus, 826.

Anima, 224.

Animus, 35. 41 -- 47. 51. 80. 90. 92. 107. 108. 111. 125. 172. 180. 207. 250. 251. 262. 297. 302. 305. 308. 366. 384. 394. 470. 516. 517. 522. 533. 545. 650. 652. 663. 706. 773. 848.

Annofus, 48.

Annus, 718.

Ante facta, 205.

Antequam, 425.

Anus, 49.

Aperire, 31.

Aperte, 50.

Arbitrium, 41. 82. 420.

Arcus, 51.

Ardefcere, 18.

Argumentum peffimi, 184.

Arma, 693. armis fuis perire, 84.

Arridere aliquem, 520.

Ars, 52. 780.

Atque (*praeced.* tam) 853.

Attendere confcientiae et famae, 126.

Auaritia, 320. 363.

Auarus, 54 -- 59. 147. 319. 454. 586. 722. 742. 854.

Auctor, 707.

Auctoramentum, 503.

Auctoritas, 294.

Audacia, 322.

Audere, 549. audendo crefcit virtus, 60.

Audire, 170. 477. 760. audîre male, 501.

Auferre, 61. 154. 651. 670. 718. 765.

Auidus, 62.

Auris, 313. 496. 689. difficilis, 166.

Aurum, 285.

Aufim, 801.

Aut, 819.

Auxilium, 64. 150. 594. 713. 798.

B. Bea-

B.

Beatus, 695. 702.

Belle negare, 527.

Bellum, 577. ciuile, 122. adparare, 171. dicere, 141.

Bellus, 588.

Bene audire, 65. diffimulare, 612. facere, 595. 822. viuere, 673. bene fit iniuria, 691.

Beneficium, 67 -- 76. 180. 306. 321. 527. 528. 569. 622. 696. 789. 832.

Beneuolus, 733. animus, 80. 516.

Benignitas, 702.

Benignus, 81.

Bis, 82 -- 86. 321. 326.

Blanda oratio, 259.

Blandiri, 226. 619.

Blanditia, 87. 765.

Bonitas, 100. 439. 487. 787.

Bonus, 50. 88 -- 108. 141. 187. 241. 325. 390. 395. 396. 397. 399. 414. 462. 476. 553. 567. 613. 678. 772. 790. 806. 827. 830. 839. 843.

Breuis aetas, 586. breuis vita, 110. 523. 860. breuis mens, 109.

Breuiter, 334. 694.

C

Cadere, 39. 347. ad perniciem, 121.

Caeci oculi, 111.

Calamitas, 5. 31. 185. 216. 365. 402. 435. 493. 536. 561. 608. 632. 810. 829.

Calamitofus, 296. 803.

Calor, 284.

Capere, 40. 55. 434.

Captare, 602.

Captatum venire, 226.

Capillus, 188.

Carere, 419. 789. periculo, 112.

Carus, 671. carior, 169.

Caffum, 237.

Cafta matrona, 113.

Cafus, 114. 199. 601. 778. cafu ad effectum venire, 52.

Cauere, 112. 115. 116. 117. 650. 812.

Cauffa, 58. 81. 295. 368. 376. 397. 400. 454. 790. falutis cauffa, 691.

Cautus, 744.

Cedere, 493. 497.

Celare, 446. 634.

Celeritas, 182. 189. 312. 787.

Celeriter, 321. 410. 539. celerius, 171.

Certatio, 279.

Ceffare, 822.

Cibus, 40.

Cicatrix, 118. 196. 489. confcientiae, 118.

Cinaedus, 10.

Cito, 6. 70. 103. 164. 185. 220. 353. 485. 511. 528. 616. 640. 818. citius, 119. 231. 612. 662.

Ciuile bellum, 122.

Ciuis, 417. 701. 784.

Clementia, 407. 551.

Coagulum amicitiae, 27.

Coepiffe, 749. coepiffe quid ex fe, 457.

Cogere, 123. 191. 421. 596. 711.

Cogitare, 81. 127. 156. 271. 398. 430. 431. 462. 506. 542. 552. 614. 665. 693. 774. 804.

Cogitata, 66.

Cogitatio, 186. 423.

Cognatio, 80. 125.

Comes, 124. 306.

 Com-

Commendare, 659.
Commodare, 798. commodari vitae, 273.
Communis, 836.
Comparare praesidia, 88.
Compescere, 407.
Conari, 614.
Concedere, 613.
Concordia, 169. 281. 348.
Condimentum, 429.
Conditio mortis optima, 176.
Confessio, 837.
Coniugium, 545.
Coniunctio animi, 125.
Conscientia, 118. 126. 212. 262. 509. 522. 782. 858.
Consensus, 64.
Considerare, 127.
Consilium, 128. 129. 174. 190. 227. 230. 268 336. 389. 392. 393. 395. 601. 635. 661. 703. 710. 717. 751. 757.
Consolatio, 417.
Consuescere, 680. consuescere ad alienum, 372.
Consueta vitia, 130.
Consuetudo bonarum rerum, 96. consuetudinis imperium, 255.
Consultor, 392.
Consumere, 597.
Constare paruo, *et* magno, 529.
Contemnere, 119. 131. 132. 428. 484. 616.
Contentum esse, 234.
Contingere, 664.
Contra, 133. 134. 676. 693.
Contumelia, 303. 317. 373. 404. 783.
Conuenire, 785. conuenire ad animum alicuius, 308.
Conuicium, 835.
Corpus, 172. 269. 545. 773. 775.
Corrigere, 486. 539. 733.
Crebrae nuptiae, 258.
Credere, 42. 115. 170. 339. 504. 655. 767.
Creditor, 621.
Crescere, 173. 208. crescit audendo virtus, 60.
Crimen, 166. 210. 247. 337. 368. 481. 491. 577. crimen est amare seni, 20. crimen bonorum, 102. crimen vitae, 135.
Criminosus, 312.
Crudelis, 136 - - 139. 684. crudelius, 427. crudelissimus, 525.
Crudelitas, 853.
Culpa, 347. 434. 505. 591. 649. 715. 728. culpam inuitare, 332. capere, 434.
Culpare quid, 218.
Cuncta, 356. 585. 786.
Cupere, 178. 338. 421. 434. 599. 644.
Cupiditas, 177. 182. 324. 361. 467. 665. 795.
Cur, 760.
Cura, 794.
Curare, 212.
Custodia gloriae, 264.
Custodio, 813.

D

Damnare, 150. 289. 344. 576. 657. 667. 700. 752. damnatus, 151.
Damnum, 14. 33. 57. 152. 153. 295. 362.
Dare, 70. 72 - - 76. 81. 143. 151. 353. 409. 443. 447. 465. 508. 535. 569. 613. 622. 690. 775. 816. dare supplicium sibi ipsi, 712. dandi caussa, 81.

Dea Fortuna, 201.
Debere, 180. 436. 621. 778. debere ſe alicui, 692.
Debitor, 9.
Decet, 181. 366. 665.
Decipere, 410. 653. 677.
Decorare, 278.
Decreſcit dolor, 173.
Deeſſe, 24. 186. 268. 320. 363. 703. 742. 854.
Defendere, 481. 602.
Defenſio, 122.
Deficere, 454. 510.
Dein, 733.
Deliberare, 157 - - 160. 629.
Delicias facere morti, 49.
Delictum, 245. 332. 479. 568.
Delinquere, 326.
Demens, 161.
Dementia dulcis, 328.
Demum, 50.
Denegare, 766. ſe patriae, 202.
Dentes, 384.
Deperdere, 163.
Deponere amorem, 638.
Deprimere, 163. 840.
Deridere, 823.
Deriſor, 640.
Deſiderare, 859.
Deſiderium, 189.
Deſperare, 794.
Deſpicere, 163.
Deterere, 568.
Deterior, 668.
Deus, 133. 535. 587. 622. 748. Dei *vel* dii, 162.
Dicere, 75. 247. 639. 654. 760. 786.
Dies, 164. 168. 289. 519. 668. 774. 819.
Differre vitam, 831.
Difficilis, 166. 217. 264. 456. 513. 776. 785.
Dignitas, 208. 360.
Dignus, 72. 73. 517.
Diligentia, 423.
Diligere, 609. 724.
Dimiſſum, 167. dimiſſus pudor, 580.
Dimittere, 116.
Diſcere, 155. 157. 618. 743. 800. 822.
Diſcipulus dies, 168.
Diſcordia, 169. 836.
Diſcutere, 170.
Diſſimulare, 612. 845.
Diu, 48. 54. 171. 159. 334. 510. 603. 671. 673. 802.
Diues, 165. 641. 678. 749.
Diuitiae, 302. 324. 533.
Diuturnitas, 469.
Docere, 76. 581. 645. 800.
Docte, 623.
Doctor, 370.
Doctus, 128. 310.
Dolere, 42. 57. 619.
Dolor, 77. 145. 172. 173. 191. 246. 270. 327. 346. 542. 574. 643. 699. 785. 799. 850.
Domare, 356. 469.
Domina, 834.
Dominari, 800.
Dominatus, 623.
Dominus, 229. 411. 573.
Domus, 792. 826.
Donare, 68. 164. 165. 544. donari vitae, 273.
Dormire, 67.
Dubia ſententia, 251. dubiae res, 322. in dubiis, 717.

Dubitare, 629. 648.

Ducere, 472. 473.

Dulcis dementia, 328. dulce fugiendum, 175. dulce tormentum, 745. dulcissimus, 776.

Dulcis Venus, 87.

Dum, 176.

Duplex, 787.

Dux (*belli*) 174.

E

Ebrius, 4.

Ecquae, 325.

Effectus, 52.

Effugere, 177. 452.

Egere, 178. minimo, 338. 444.

Egestas, 543.

Eheu, 179.

Elabi, 34.

Eligere, 44.

Eloquens, 639.

Emendare vitium suum, 206.

Emere, 737.

Emori, 82. 599.

Eò, (*praeced.* vnde) 224. eodem (*praeced.* quo) 234.

Erigere, 734.

Eripere, 181. 409. 447. 465. 582. 713.

Erranti obsequium adcommodare, 108.

Errori fidem praestare, 161.

Euenire, 662.

Euitare, 704.

Excelsi, 199.

Excidunt bene cogitata, 66. hominum consilia, 751.

Excusare sibi se, 593.

Excutere, 688.

Exigere, 585. 791.

Exitium, 309.

Exornare, 616.

Expedit obliuisci, 193. 194.

Experiri, 267.

Expetere, 791.

Explicare consilium, 128.

Exserere, 200.

Exsilium pati, 202.

Exspectare, 784.

Exstinguere mala vitae, 91. animi, 92. nequam, 106.

Exstirpare, 843.

Exsul, 792.

Extenuare, 539.

Extorquere amorem, 34.

Extra corpus esse, 269.

Extrema, 205.

F

Facere, 2. 9. 14. 25. 28. 29. 35. 36. 49. 59. 64. 136. 149. 209. 210. 232. 314. 391. 424. 440. 444. 466. 478. 490. 543. 554. 566. 595. 654. 663. 674. 678. 719. 731. 764. 775. 783. 805. 822. 830. 836. facere vitium, 634. iniuriam, 433. 763. conuicium sibi, 835. heredem, 855.

Facies, 225.

Facile, (*adu.*) 55. 318. 491. 492. 512. 608. facilius, 199. 208. 313. 314. 499. 505. 677.

Facilis, 217. 496.

Facilitas animi, 207.

Facinus, 213. 336.

Factum, 205. 210. facti poenitet, 291.

Facundus comes, 124.

Fallere, 566. aliquem in morte, 98.

Falsus, 211.

Fama,

Fama, 89. 126. 152. 212. 280. 567. 610.

Fames, 529.

Faſtidium, 529.

Fata, 751.

Fateri, 213.

Fauere, 735.

Fauor, 235.

Fax, 18.

Felicitas, 214. 215. 300. 496. 532. 562. 679. 725. 734.

Felix, 133. 162. 216. 330. 425. 523. 531. 547. 589. 793. 810. 815. 823.

Femina, 155. 389. 794.

Ferre, 23. 28. 29. 130. 217. 218. 219. 271. 305. 314. 330. 448. 500. 677. 693. 726. 761. 762. 783. 804. 850. ferre aliud in ſe, 804.

Ferrum, 284.

Fides, 27. 224. 455. 698. 750. fides Fortunae, 378. fides amicitiae coagulum, 27. fidem praeſtare, 161. 192. in conſilio habere, 190. habere *et* perdere, 221. 222. 223.

Fieri, 90. 110. 120. 169. 175. 179. 203. 204. 243. 318. 340. 347. 362. 386. 387. 432. 615. 759. 787. 811.

Filius, 570.

Fingere, 491. fictus, 220.

Finis, 35. 516. 543.

Firmus, 64.

Flagitare, 361.

Flectere, 583. flectit hominem occaſio, 266.

Flere, 448. flere in mendacium, 155.

Fletus, 261. 524.

Flumen, 676.

Forma, 294.

Formidare, 752.

Formoſa facies, 225. formoſior gratia, 203.

Fortis, 137. 285. 330. 531. 783. 795.

Fortuna, 201. 209. 225 - - 237. 270. 351. 353. 366. 378. 409. 418. 419. 453. 465. 490. 554. 616. 683. 698. 726. 731. 767. 814. 827.

Forum, 825.

Fouere, 232.

Frangere, 51. 237. 583. frangit aliquid Fortuna, 237. frangitur, 236. frangi lacrimis, 139.

Fraus, 239. 676.

Frequens, 240.

Fructus iuueni amare, 20.

Frugalitas, 241.

Frugi, 266.

Fruſtra, 242. 446. 477. 796.

Fugere, 213. 635. 655. 819. fugienda adſpicere, 104.

Fulmen, 797.

Furor, 243.

Futurus, 244. 617.

G

Gaudere, 753. 768.

Gaudium, 14. 77. 327. 391. 745. 777.

Geminare peccatum, 245.

Gemitus, 246.

Gerere curam, 794.

Gloria, 526. 615. 746. gloria ſuperbi, 120. gloriae cuſtodia, 264.

Gradus, 821.

Grande ſolatium, 716.

Gratia, 203. redire in gratiam, 148. 580.

Gratus, 83. 176. 209. 723.

Grauis, 9. 262. 682. 829. grauior, 172. grauius, 131. grauius irasci, 107.

H

Habere, 21. 24. 31. 133. 151. 173. 228. 248. 249. 258. 259. 290. 340. 513. 516. 583. 600. 643. 644. 666. 725. 742. 798. 841. 854 (*pro : aestimare*) 625. (*pro: tractare*) 811. habere in consilio fidem, 190. secum habere sententiam, 400.

Habitare, 797.

Hereditas, 567.

Heres, 260. 261. 364. 380. 855.

Heu, 262 - - 265. 799 - - 802.

Homo, 1. 47. 91. 92. 94. 183. 201. 227. 228. 254. 266 - - 273. 286. 287. 442. 453. 498. 677. 691. 721. 741. 743. 751. 786. 803. 804. 828. 860.

Honestas, 374.

Honeste, 275. 276. 766.

Honestus, 274. 278. 564. 654. 790. 860. honestius, 260.

Honos, 278.

Hora, 93. 718.

Hostis, 190. 701. 795. 809. 812.

Humanitas, 279.

Humilis, 64. 310.

I

Iacet virtus, 280.

Iactura, 747.

Idem, (*masc.*) 55. 180. 740.

Ideo, 860.

Ignis, 284. 285. 349. 510.

Ignominia, 120. 360. 514.

Ignoscere, 286. 287. 288. 432. 649. 690. 853.

Ignotus, 706.

Imago, 848.

Imitari, 622. 749. imitari bonitatis verba, 100.

Immature, 458.

Immortalitas, 860.

Imperare, 90. 143. 379. 470. 540. 652. 687. 732. 778. imperare animo, 43. imperare parendo, 113. imperare sibi, 290. imperare precario, 197.

Imperium, 87. 290. 379. 526. imperium consuetudinis, 255.

Impetrare, 442. 547.

Imponere, 500.

Improbare, 374.

Improbe, 805.

Improbitas, 216. 479. 536. 711.

Improbus, 121. 275. 407. 440. 559. 648. improba spes, 508.

Imprudens, 291.

Impudens, 134. 291.

Impune, 292.

Imus, 617.

Incendium, 730.

Incertus animus, 297. incerta mors, 831.

Inchoare dignitatem, 208.

Incidere (*in*) calamitates, 633.

Incipere, 117. 200. 474. 838.

Inclinare se aliquo, 235.

Incurrere, 603. poenitenda, 802.

Indicare, 10. 246. 524.

Indigere, 370.

Indignatio, 368.

Indignus, 304. 360.

Inertia, 298. 299.

Inesse, 476.

Inexpertus, 257.

Infans, 137. 815.

Infelicitas, 498.

Infelix, 215. 300. 463.

Infe-

Inferior, 301. 548.
Infirmus, 302.
Ingenuitas, 134. 303. 304.
Ingenuus, 305. 686. 783.
Inglorius, 183.
Ingratus, 306. 307. 386. 786.
Ingredi tuta, 46.
Inhoneſtus, 278.
Inimicus, 9. 105. 148. 156. 252. 308 -- 311. 334. 339. 340. 342. 346. 418. 419. 612. 620. 735. 807. 811.
Iniuria, 195. 296. 313 -- 316. 318. 345. 367. 433. 439. 555. 690. 691. 711. 761. 762. 763.
Iniuſte, 74.
Innocens, 191. 351. 480. 491. 639. 683. 700. 752. 806. 852.
Innocentia, 215. 300. 553. 837. 844.
Inopia, 320. 324. 746.
Inops, 321. 722.
Inquietus, 679.
Inſanus, 323.
Inſectari, 724.
Inſerta (*ſcil.* purpura) 241.
Inſidiae, 478. 524. 633. 812.
Inſidioſus, 681.
Inſtrumentum, 404.
Integratio amoris, 22.
Intelligere, 494. 535. 758.
Intemperans, 136.
Intenſio frangit arcum, 51.
Interdum, 193. 194. 725.
Intereſt, 625. 663. 779.
Interimi bis, 84.
Interpretari, 375.
Inuenire, 114. 128. 268. 270. 436. 499. 608. 640. 708. 782. cauſſam, 376. 377.
Inuidia, 329. 330. 331. 812.
Inuitare culpam, 332. iniuriam, 761.
Inuitus, 333. 486. 630. 670. 789.
Inuocare, 425.
Iocus, 32. 579.
Ira, 22.
Iracundia, 109. 129. 254. 293. 352. 675. 680. iracundiam redimere lacrimis, 3. iracundia moritur, 103. iracundia vincere, 129. iracundiae nutrix, 214.
Iraſci, 107. 123. 140. 269. 331. 480. 563. 705.
Iratus, 15. 181. 334 -- 337. 354. 525. 709. 791.
Irritare, 56. 439. 810.
Ita, 819.
Iter, 341.
Iterum, 805.
Iubere, 267. 857.
Iucundus, 342. 343.
Iudex, 78. 344. 568. 700. 752.
Iudicare, 205. 312. 422. 577. 807.
Iudicium, 213. 248. 249. 357.
Ius, 228. 345. in mores hominis habere, 228.
Iusiurandum, 631. amantis, 21.
Iuſtitia, 101.
Iuuare, 406. 578. 607. 660.
Iuuenis, 20. 815.

L

Labi, 347.
Labor, 298. 299. 719. 768. laboris ſolatium, 204.
Lacrima, 39. 309. 429. 438. 524. lacrimis redimere iracundiam, 3. lacrimis paſci, 139.

Laedere, 4. 32. 107. 219. 243. 346 486. 801.

Laeta improborum, 121.

Lasciuia, 348.

Late patere, 280.

Latere, 256. 359. 418. 505. 515. 521. in pectore, 252. sub adspectu, 256.

Laudabilis, 590.

Laudare, 590. 640. 659. 697. 818.

Laus, 348. 350. 483. 719.

Laxare dolorem, 558.

Legere, 568.

Lenire, 469.

Leuare, 722. officium, 628.

Leuis amicus, 620. leue aes, 9. leuius perferre, 217.

Leuitas, 357.

Leuiter, 247.

Lex, 282. 351. 352. 354. 355. 359. 443. 713. lex temporis, 274.

Libenter, 828.

Liber, (*nom. adi.*) 564.

Libertas, 71.

Libertus, 570.

Libido, 356. 357.

Licentia, 358.

Licet, 32. 142. 467.

Limen, 621.

Lingua, 151. 358. 782.

Lis, 203.

Litigare, 4.

Locus, 337. 339. 359. 360. 408. 460. 501. 502. 573. 821. 837. locum habere maledicti, 258. dare iniuriae, 690.

Longinquus, 361.

Longus, 110.

Loqui, 156. 337. 421. 661. 674. 740. 846.

Lucere, 349.

Lucrum, 152. 362.

Ludere, 49. 819.

Lumen, 739.

Luxuria, 363.

M

Macula, 342.

Mage, 364. 365. 777. 812.

Magis, 773. eo magis, 24.

Magnanimus, 367.

Magnus, 290. 503. 590. 696. maior, 100. 498. 681. 755. maximus, 33. 80. 125. 461. 488. 567. 788. 809. 813.

Maiores sequi, 833.

Male agere, 629. secum, 380. male facere, 376. 377. discere, 755. gerere, 378. imperare, 379. vincere, 381. viuere, 382. 383.

Maledicere, 835.

Maledictum, 211. 258. 375. 387. 786.

Maleuolus, 384. 385. maleuolum mendacium, 211.

Malignus, 386.

Malitia, 100. 387. 388. 429.

Malum, (*subst.*) 91. 92. 104. 391. 476. 503. 597. 704. 706. 806. 839.

Malus, (*adiect.*) 93. 99. 389. 390. 392 - - 399. 462. 499. 557. 609. 611. 689. 772. 858.

Mancipium, 560. mancipio dare quid, 238.

Manere, 196.

Manifestus, 400.

Mansuetus, 401.

Manus, 587.

Mater, 699.

Matrona, 113.

Maturus, 468.

Maxi-

Maxime, 703. 753.
Maximus *vide* Magnus.
Medicina, 371. 402. 403. 574.
Medicus, 136. 380.
Meditatum venire, 647.
Melior *et* melius, 129. 487. 687. 767. 780. 828.
Meminisse, 618. 692. 803. 832.
Memor, 544.
Memoria, 109. 413. 561. 696.
Mendacium, 155. 211. 759.
Mendax, 293. 444.
Mens, 109.
Mensa, 40.
Mentiri, 15. 191.
Meretrix, 404. 438.
Merito, 642.
Meritum, 283.
Metuere, 179. 310. 405. 478. 632. 704 - - 706. 714. 753. metuendo fieri senem, 179.
Metus, 306. 406. 407. 408. 428. 553. 754. 777. 830.
Meum, (τὸ) 627.
Militum virtus, 174.
Minari, 433.
Minime, 62. 814.
Minister, 851.
Minor, 755. minus, 178. 410. 411. 412. 488. minimus, 644. 788.
Miscere amorem cum timore, 37. misceri malis, 611.
Miser, 102. 179. 186. 263. 307. 317. 318. 413. 414. 415. 421. 422. 458. 466. 506. 523. 556. 571. 592 - - 602. 630. 643. 722. 799. 800. 801. 854. miserrimus, 418. 419. 420.
Misereri, 242.
Miseria, 58. 285. 403. 414. miseriarum portus, 198.
Misericordia, 88. 368. 501. 592.
Misericors, 417. 438. 562. 803.
Mittere, 816.
Molestius, (*adv.*) 807.
Monere, 606.
Mora, 160. 189. 423. 424. 675.
Morari poenam, 559.
Mores, 228.
Mori, 59. 79. 265. 272. 355. 382. 425. 426. 427. 435. 458. 546. 695. 856. 790. 828. moritur iracundia, 103.
Mors, 1. 49. 91. 92. 135. 176. 183. 373. 425. 427. 428. 452. 476. 599. 722. 754. 784. 815. 831. 860.
Mortalis, 178.
Mortuus, 471. 642. 792. 816.
Mos, 771.
Muliebris, 429.
Mulier, 50. 63. 430. 431.
Multò, 199. 720. 841. 842.
Multus, 128. 203. 212. 238. 267. 268. 716. 744. 779. 802. 813. 817. 826. 849.
Munus, 438. 816.
Mutare, 218. 393. 439. 472.
Mutus dolor, 542. muta commendatio, 225.

N

Nae, 817.
Nasci, 355. 364. 459. 581. 617. 720. 746. 756.
Natura, 220. 370. 371. 385. 440. 570. 764. 779.
Naufragium, 805.
Nec, 453. 783. 818.
Necare infantem, 137. dolorem, 574.
Necesse est, 426. 441. 788. 840.

Neceſſitas, 274. 373. 442 - - 451. 464.

Negare, 143. 410. 450. 454. 455. 456. 527. 528. 566. 588. 604. 694.

Negligentia, 747.

Negligere, 653.

Negotium, 589.

Nemo, 62. 93 148. 209. 457 - - 460. 543. 678. 766. 770. 806. 818.

Neptunus, 805.

Nequam, 106. nequior, 780.

Nequire, 530.

Nequitia, 200. 461.

Neſcire, 73. 167. 412. 415. 416. 462. 478. 531. 624. 656. 657. 732. 735. 740. 743. 763. 819. 820. 834. 857.

Ni, 821.

Nihil, 42. 63. 238. 349. 585. 663. 682. 748.

Nil, 59. 222. 463 - - 474. 674. 680. 714. 756. 816. 822. 823. 827.

Nimis, 576. 588.

Nimius, 134. nimium, 232. 475. 476.

Niſi, 28. 54. 59. 115. 153. 221. 233. 280. 287. 343. 350. 477. 478. 479. 643. 674. 675. 772. 806. 814.

Nocens, 78. 289. 344. 351. 480. 481. 715. 844.

Nocere, 99. 147. 199. 247. 257. 307. 482. 483. 520. 594. 606. 612. 618. 636. 637. 647. 820.

Nolle, 53. 140. 483. 484. 684.

Nomen, 31. 646.

Nondum, 823.

Noſſe, *vel* Nouiſſe, 30. 493. 646. 770.

Noſter, 11.

Notare, 278.

Notus, 770.

Nouus, 761. 762.

Nubere, 431.

Nullus, 116. 230. 234. 317. 498 - - 504. 531. 588. 606. 633. 675. 782. 821. 826. 827. 853.

Numi, 78.

Numquam, 70. 108. 224. 288. 348. 370. 376. 395. 422. 454. 505 - - 510. 532. 580. 846. 858.

Nunc, 771.

Nupta, 511.

Nuptiae, 258.

Nuſquam, 377. 792. 828.

Nutrix, 699. iracundiae, 214.

O

Obeſſe, 234. 329. 398. 572. obeſt bonum adſueſcere, 187.

Obiurgare, 150. 721. 829.

Obiurgatio, 138.

Obligare, 73.

Obliuio, 122. 316. 367. 403.

Obliuiſci, 70. 193. 194. obliuiſcier, 352.

Obſequium, 511. adcommodare, 85. 108.

Obtinere, 47. 89. 652.

Occaſio, 116. 158. 185. 266. 512. 513. 701. 781.

Occidere (*de cogitatis*) 66.

Occidere, 514.

Occultus, 533.

Occurrere, 655.

Oculus, 39. 44. 313. 470. 689. oculo eligere virum, 44. oculi caeci, 111.

Odiſſe, 30. 63. 195. 283. 784.

Odium, 240. 424. 511. 515. 830. 844.

Offerre vltro, 83. aegre, 512.

Officioſus, 102.

Officium, 516. 600. 628.

Omnis,

Omnis, 73. 141. 170. 256. 280. 323. 345. 363. 428 517 - - 520. 633. 693. 714. 724. 754. 758. 770. 781. 831. 853.
Opertus, 521.
Opimae res, 808.
Opinio, 94.
Oportet, 42. 53. 62. 163. 166. 540. 578. 671. 830.
Opprimere, 95. 596. 610. 700. opprimi bonis, 95.
Opus, 200.
Opus est, 83. auxilio, 150. pecunia, 626. opus maxime est, 703.
Optare, 13. 54. 819.
Optime, 832.
Optimus, 176. 216. 463. 754. 781. 833.
Oratio, 259. 849.
Ordinare diem, 519.
Ordo, 764.
Oriri oculis, 39. oritur laus, 350.
Ornamentum, 737.
Os, 271.
Osculum, 515.
Otiosa sollicitudo, 38.
Otium, 794.

P

Palam, 697.
Par, 25. 499. 526.
Par est, 142.
Parare lacrimas, 524. paratum, 660.
Parcere, 99. 275. 390. 656. 735.
Parcitas, 451.
Parcus, 744.
Parere, (3. *conj.*) 481. 489. 664. 738. 808.
Parere, (2. *conj.*) 517. 526. 687. 851. parendo imperare, 118.
Parens, 23. 525.
Pariter, 77.
Pars, 527. 528. 569. 613. 623. 725. 758. 769. pars tristis, 7. ad partem stultitiae rapere, 207.
Particeps, 814.
Paruus, 529.
Pasci lacrimis, 139.
Patere late, 280.
Pati, 530. pati diuitias, 302. exsilium, 202.
Patiens, 531. 532.
Patientia, 145. 198. 243. 533.
Patria, 202. 417. 534. 560. 859.
Patrimonium, 65. 277.
Patrocinium, 518.
Pauci, 212. 240. 535. 536. 537. 598.
Pauper, 459. 641. 749.
Paupertas, 267. 605. 698.
Pax, 578.
Peccare, 85. 149. 289. 291. 292. 301. 326. 412. 470. 537. 573. 751. 755. 830. 838.
Peccatum, 192. 245. 538. 539.
Pectus, 39. 252.
Pecunia, 56. 90. 94. 540. 541. 626. 834.
Peior, 388. peius, 394. 842. peiora, 542.
Pellex, 511.
Penitus, 237.
Percuti, 131. 132.
Perdere, 33. 53. 77. 78. 221. 222. 223. 543. 544. 582. 688. 731. 820. 844.
Perennis, 545.
Perfacile, 547.
Perferre, 217.
Perfugere, 548.
Periclum, 413. 416. 507. 813.

Periculum, 97. 112. 119. 253. 415. 521. 549. 550. 563. 710.
Perire, 77. 84. 158. 371. 390. 485. 658. 749. pereundi tempus scire, 546.
Pernicies, 121.
Perpes, 453.
Perpetuo, 551.
Persona, 261.
Pertinax, 445.
Peruenire, 460. 614. 631.
Pessimus, 96. 184. 392. 396. 487. 521. pessimus in se, 319.
Petere, 74. 75. 456. 527. 604. 650. 670. 694.
Placere, 11. 431. 434. 492. 495. 813. 849.
Plenus, 587.
Plerique, 552. 835.
Plus, 11. 142. 227. 230. 294. 555. 556. 705. 709. 840. 841. plures, 554. 648. 649. plura, 69. plurimus, 644.
Poena, 250. 399. 461. 498. 555 - - 558. 727. 774. 791. 857. poenam non habere, 21.
Poenitendus, 6. 603. 802.
Poenitentia, 757.
Poenitet, 846. facti, 250. 291. victoriae, 381. poeniteat, 117.
